





DE  
1781, 14.  
IVRISDICTIONE  
SVM MORVM IN IMPERIO IVDICIORVM  
OB CAUSSARVM CONTINENTIAM  
IN CIVES MEDIATOS  
HAVD FVNDATA

---

DISSERTATIO

QVAM

P. 146  
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

PRO

SVM MIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

CAPESSENDIS

AD DISCEPTANDVM PROPONIT

FRIEDER. HVLDERICVS CAROL.

SEGMANNVS

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS

---

A. D. V. IVL. A. R. S. MDCCLXXXI.

---

LIPSIÆ

EX OFFICINA IACOBERORVM.



DE  
IURISDICTIONE  
SYMORUM IN IMPERIO SARDINIAE  
DE CAUSARUM CONTINUATIONE  
IN IUDICATORIO  
HABITATA

DE IURISDICTIONE  
SYMORUM  
ILLUSTRISSIMO IUDICIORUM ORDINE  
AVTORITATE  
PRO  
SYMIS IN VIROQUE IURE HONORIBUS  
CAUSARUM

WIRTSCHAFTLICHE UNIVERSITÄT  
STREITWÄNDIGUNG  
DIE VERFAHRENSRECHT  
DIE VERFAHRENSRECHT



0  
1  
2



---

## P R A E F A T I O.

**Q**uum prima et antiquissima cura, oblata iam scribendi hac necessitate, haec fuerit, ne vel aliorum scriinia expilando, molestiam lectoris taediumque crearem, vel argumentum, quod ingenii fortasse vires, quae sentio quam sint exiguae, superaret, eligerem, me diu sane in quo ingenii vires periclitarer circumspexisse, aliquoties vero iam inventa, bene quippe praeuidens, me iis rite tractandis atque illustrandis plane esse imparem, mutato consilio, dereliquisse, ingenue ego fateor. Et si enim in multa passim incidi, tum iuris publici, tum iuris civilis capita, in tanta praestantissimorum interpretum copia, nequaquam satis explicata, neque ita ad liquidum perducta, ut nihil plane in quo cum aliqua utilitate disputatio versari possit, anquirentibus superflit; haec omnia tamen brevi obseruatione magis, quam dissertationi conferendae, occasionem praebere, vel ita comparata mihi visa sunt, ut iis accurate explicandis vix subactum ac longo usu confirmatum iudicium, nedum iuuenile ingenium sufficere existimarem. Qua opinione ductus, sepositis quae iam de alio argumento quodam, quod accuratiori



interpretatione dignum videbatur, annotata habebam, seriniis meis excidere non passus sum, ac coepti consilii infelicem potius exitum timens, quicquid eius fuerit, plane abiici. Incertus vero admodum quid mihi tractandum sumerem, incidi tandem felici quodam fato meo in P V E T T E R I viri celeberrimi ac vna omnium consentiente eruditiorum voce, inter eos qui incredibili pene solertia et inusitata ingenii felicitate, rerum publicarum doctrinae et cultum et lucem dederunt, iure meritoque referendi, Institutiones iuris publici Germanici, vbi verba illa §. 298. adiecta: *Continentia autem an tunc quoque si plures mediati e diuersis territoriis simul conueniuntur, forum caesareum fundet, legibus imperij necdum decisa quaestio est, vti liquet, si comparaueris dubium §. de anno 1594. cum Recess. Imp. Deput. 1600. §. 140. et C. O. C. II. 9. tanti ponderis mihi visa sunt, vt statim ad argumentum hoc tractandum, ingenii quippe vires optime ita exerceri posse ratus, animum conuerterem. Cuius deinde consilii nec me poenituit, quum euolutis, qui vel totum rei iudicariae in Imperio ambitum peculiaribus scriptis illustrando, vel quoties alia ea de re dicendi oportunitas incidisset, sua eaque passim utilissima afferendo interpretes extiterunt felicissimi, hos omnes ne quidem vno excepto in ea opinione versari deprehenderim, vt summis Imperii iudiciis ob continentiam caussarum iurisdictionem in mediatis vindicarent. Quae cum ita essent, quumque rationes quibus commoti, ita iudicandum viri doctissimi censuerunt, erroneis e iure romano petitis argumentis niti, totamque illorum sententiam, cum hodierna superioritatis territorialis forma quam maxime pugnare animaduertentem, multum sane inde commotus sum, vt pedem figerem viaeque semel ingressae insisterem. Quamquam*

quam enim ex quo viri et ingenii et iudicii laude praestantissimi, quorum praecipue hoc seculum decimum octauum magnum tulit prouentum, iuris publici Germanici studium ab antiquioribus interpretibus iuri romano nimis inhaerentibus ac aliena multa inepte immiscentibus quam maxime perturbatum, in ordinem ac disciplinam aliquam redegerunt, fontesque, quibus deinde doctissimi quique huius aetatis viri felicissimo cum successu studio huic incumbentes egregie vti sunt, quasi aperuerunt; non nisi summa cum animi voluptate quemque hodiernam iuris publici prudentiam cum veteri comparaturum esse confido; neque penitus tamen vestigia iuris romani, nostrae regiminis formulae perperam applicati exculcari potuerunt, quorum quippe nonnulla ad hunc vsque diem passim expressa extant, adeoque in ipso, quod tractandum delegimus argumento, cernuntur. Atque ita argumentum hoc, a nemine, quantum ego quidem scio, separatim tractatum, eo lubentius elaborandum in me suscepi, quo maior vtilitas visa est, quae si certi aliquid ac definiti a viribus meis expectari liceret, exinde redundare posset. Sed hoc ipsum, quod prima fronte absterre me a scribendo potuisset, maxime impulit, ex quo totam quaestionem incertam magis, variisque perturbatam interpretationibus, quam per se difficilem atque obscuram cognoui. Ceterum, quod ipsam quam scribendo secuti sumus rationem attinet, cum inprimis nobis curae cordique fuerit, quantum hodiernae Statuum superioritati territoriali iurisdictione iudiciorum Imperii ob continentiam causarum aduerferetur, hoc qualicumque nostro exponere libello; omittis vel tantum leuiter et quasi per transennam attactis, quae ipsi continentiae et connexitati causarum explicandae inferuiunt, quippe in quo interpretes felicissimi otium iam



fecere <sup>a)</sup>, in eo potissimum diligentiam nostram ponendam esse existimauimus.

§. I.

*Finis ac diuisio continentiae causarum, ab interpretibus varie tractata.*

Quandoquidem igitur, quod modo diximus, et ex ipsa, quam libello huic dedimus, inscriptione, patet, continentiae naturam atque vim explicare nequaquam nobis animus est, adeoque vel ab omni eius expositione retineri nos facillime pateremur; iuuat tamen, ne in commemorandis iis, quae ad argumentum nostrum illustrandum forte pertinere videantur, negligentiae cuiusdam arguamur, generatim quaedam hic praemittere. Ac primum quidem causis coniunctis i. e. *controuersis quae in se continent plures quaestiones ad vnum negotium pertinentes*, inesse dicunt eam, quam *causae continentiam* vocant, iuris ciuiliis magistri. Quod vocabulum, licet causis quas coniunctas appellauimus, omnibus perperam applicatur, propterea quod, bene monente BACHIO, <sup>a)</sup> omnia, quae continua et continentia, eadem quoque coniuncta sunt; non vero idcirco quaecumque coniuncta, eadem continentia siue continua, ad omnes tamen causas coniunctas translatum est. Atque ita multis sane erroribus falsisque collectionibus causam dederunt, e quibus ne optimi quidem ingenii viri sese expedire

a) Hessen - Darmstädtsche Deduktion gegen die Herren von Breitenbach und von Breidenstein c. 3. §. 21. p. 79.

a) Iob. Aug. Bach in dissert. de causis coniunct. eorumque foro competente. Lipsiae, 1754.






expedire absque difficultate potuerunt. Mirifice enim totam rem, varia continentiae genera constituentes, perturbarunt, quorum in numero ineundo adeo discrepant, ut ne vnus quidem vna semper sententia sit. <sup>b)</sup> Qui ab illorum ratione, quos in infinitum pene procedere vides recedunt, mediumque tenere beatum censent, tria tantum numerant, quorum vnum actionis generalitate, alterum singulari iuris et facti cognatione niti, tertium in iis causis cerni volunt, quarum altera alteri ita apta est, et innexa, ut vna iudicata, simul quoque de altera praecudicatum sit. Quam sententiam et *ВАСНЮ* placuisse video, qui tribus hisce continentiae generibus positus, hoc ordine rem pertractauit. Ego vero nonnisi seruato discrimine causarum coniunctarum, in continentes, et connexas, explicationem et interpretationem feliciter peragi, variasque in species continentiam dispersiendi necessitatem tolli posse puto. Multa profecto sunt, quibus causae continentes a connexis si verba curemus, internoscuntur, quum illis plus contineri quam his, quisque facile intelligat. Quemadmodum enim continentia, nonnisi causis arctissime coniunctis nec plane diuidentis, vel, ut cum Philosophis breuius dicam, indiuiduis recte tribuitur, ita connexae dicuntur, quae tanto quidem coniunctionis vinculo non tenentur, sibi inuicem tamen praecudicium faciunt, suaeque vicissim cognitioni inseruiunt. Intellexit hoc, praeter Celeberr. *IOH. IAC. MOSERVM* <sup>c)</sup> *I. P. CARRACH* <sup>d)</sup>, quantum equidem ex inscriptione duorum

d) Quatuor causarum coniunctarum genera numerat Gaillius, sex Menochius, duodecim vero Mindamus.

c) *J. F. Moser von der teutschen Justiz-Verfassung*. T. I. p. 454.

d) *Io. Ph. Carrach de foro continentiae causarum ex connexitate ad L. 10. C. de iudiciis*. Halae 1751. et de foro continentiae causarum ex identitate. Halae 1750.



rum libellorum, quos de hoc argumento scripsit, conicere potui, quibus tamen ipsis ob exemplorum raritatem vti mihi non licuit. Enimvero constitutis his principiis, multa quae dederunt illi genera, commode ad dua reduci possunt, nimirum vel ad causas continentis proprie sic dictas, vel ad connexas. Ac ipsi huic priori generi subsunt causae, quae vti vulgo loqui solent, ex actionis generalitate iunguntur; sub posteriori vero, ceterae, quas BACHIVS nominat, species, omnes tanquam sub suo capite continentur: quae singulari iuris et facti cognatione nituntur pariter, ac quae praeiudiciales vocantur. Quae quum ita sint continentia causae, ea de qua hic nobis praecipue agendum est, toties adest, quoties *unum idemque ius vel intuitu plurium personarum vel plurium rerum competit*, siue eadem actione, aut plures res petuntur, aut plures personae pulsantur.

§. II.

*Continentiae effectus notantur; eosque aliter e iure romano, aliter ex usu fori et Doctorum opinionibus iudicandos esse ostenditur.*

Ob hanc igitur causae continentiam, ad vnum iudicem eundum esse, affirmant vulgo omnes, ita quidem, vt, vbi plures res aut personae eodem iudicio conueniendae, diuersorum magistratum potestati subsunt; proximus omniumque eiusdem litis consortium superior iudex communis adendus sit. Quod quidem, si quaeratur, quo pacto nitatur, multum sane in hac doctrina consuetudinem disputationemque forensam, a decretis iuris civilis abhorrentem, ac vetustum illud, forum plerumque a vero aberrare, quisque deprehendet verissimum. Fuit BACHIVS, vir quamdiu in hoc quasi disputationis introitu versatur, aliquoties fortasse adhuc

adhuc nominandus, qui diruto illo iuris communis aedificio ab antiquioribus interpretibus exstructo, in eius fundamentum inquireret, quantoque errore decepti agant, qui in iure romano illud quaerunt, fortissimis contra eos argumentis usus, egregie probaret. Qui enim, ad *legem 1 et 2 D. quibus causis ad eund. iud. eatur* tanquam ad arcem confugiunt, ibique defensionem suam perunt, iis doctissime profecto ostendit, loqui laudatas leges de iudice pedaneo adeoque de iis qui vni magistratui subsunt. Neque ego quemquam esse arbitror, vel leuiter in Romanorum formulis versatum, quin sciat, in Digestis iudicum nomine, non nisi iudices pedaneos de facto cognoscituros, magistratus vero, qui iurisdictione polleant, adpellari. Quod, uti dicimus ex innumeris fere locis, ita certissimo argumento esse Vlpiani illud potest: *Eum qui iudicare iubet, magistratum esse oportet.* <sup>a)</sup> Quorsum etiam pertinet, quod *CICERO* <sup>b)</sup> eleganter ait; M. Caesonium et Manilium et Q. Cornificium et quosdam alios ex Cal. Ian. non fore iudices, quia magistratus inire debbant. Et quamquam interdum et magistratus iudices appellatos fuisse, Lilius <sup>c)</sup> auctor est, has tamen de quarum sensu disputatur, leges ita explicari, ipsa verba iubent, *iudicem sumendum esse*, quae quippe de priuatis solummodo iudiciis, quos partium arbitrio eligendos sumendosque Romani commiserunt, dici solita, nullum plane dubium relinquunt. Voluerunt enim Papi- nianus et Pomponius, hoc tantum, ne contra plures quibus vnus idemque magistratus competens esset, de eadem causa cum quolibet separatim ageretur, diuersaque insti- tueretur

a) L. 17. D. de iurisdicf.

b) Verr. I. c. 19.

c) Lib. III. c. 55.



tueretur notio, quae ab vno iudice fieri potuisset. Quare qui inter se familiae herciscundae, finium regundorum aut communi diuidendo iudiciis agunt, neque diuersis foris subiecti sunt, omnes ad vnum iudicem pedaneum mittuntur. Et sane sic concinne cum his subsequencia in *l. 2. D. eod. tit.* cohaerent, qua idem de pluribus tutoribus dicitur, nimirum, qui vni magistratui subiecti sunt. Quibus quidem, qui exinde hoc efficere conantur, plures tutores diuersi fori ad vnum superius recte vocari, rescriptum illud GORDIANI ad Victorinum datum <sup>d)</sup> iungunt, ibique veluti causae suae firmamenta ponenda existimant; quomodo tamen iis respondi possit, idem ille acutissimi vir ingenii, limpida, vt solet, perspicuitate, docuit, hacque in specie praesidem prouinciae omnium magistratum competentem fuisse, variis ratiociniis iisque doctissimis probauit. Plane autem huc non pertinet quanquam non minus obiici solet *l. 8. §. 1. D. de liberali causa*, quae alienam a priori quaestionem prae se fert, cum de duobus vel pluribus in seruitutem vnum hominem simul petentibus in ea sermo sit. Proxime igitur Romani haec iuris capita in fauorem rei tendunt, quum, quos forum continentiae tribuit effectus, in actoris magis gratiam adinuenti videantur. Hinc quantum haec regulae, quam CAIVS tradit <sup>e)</sup>, conueniunt, fauorabiliores reos quam actores haberi; tantum profecto abest, vt pluribus diuersis magistratibus parentibus, praeterito cuiusque foro ordinario, apud omnium superiorem magistratum, litem cuiquam Romanorum intendere licuisset, vt potius non nisi vanis coniecturis nec iusta verborum interpretatione vtantur, qui in hanc rem, laudatos locos, adducunt.

d) *L. 5. C. arbitr. tutel.*

e) *L. 125. D. de diuers. regul. iuris.*

ducunt. Optima sane nostra interpretandi ratio; cui, quum non solum ab ea non abludant, sed plane conspirent, quae in *C. 43. X. de rescript.* <sup>f)</sup> leguntur, et pontificii iuris auctoritas accedit.

Verum enim vero, alia plane ratione rem pragmatici exposuerunt. Quod enim de iudice pedaneo intelligendum esse argumentis haud contemnendis, signisque claris demonstrauimus, id illi contra omnem latinitatis rationem de diuersis magistratibus explicant, adeoque si vel contra personas diuersi fori agatur, vel si res sub pluribus iudicibus sitae petantur, ob actionis generalitatem iudicem semper superiorem adeundum esse, firmiter sibi persuadent. Quare de vsu fori si quaeras, tantum praecoccupata prudentum opinio potuit, vt sine omni ratione vel sola illorum auctoritas valeret, ac, leges vbi deficerent, hanc consuetudo tamen vlusque fori comprobaret. Et ab exteris vt incipiam, testatur HVBERSVS, cui et VOETIVS adstipulatur, in Frisiae statutis ita esse cautum: *si quando negotium aduersus reos in diuersis iurisdictionibus accidat, poterit illud prima instantia ad curiam vocari.* Eiusmodi autem legis inter Germaniae limites latae, exemplum in COD. IVD. BAVAR. c. I. §. 10. reperitur, cuius verba haec sunt: *Sachen welche zusammengehören soll man nicht leicht von einander trennen, sondern vor einer Obrigkeit allein verhandeln lassen; Im Fall auch die Klag auf mehr Sachen oder gegen mehr Personen, welche*  
B 2
unter

f) Verba haec sunt: *Sen quenquam super vno negotio, vel etiam malitiose super pluribus actionibus personalibus, quae sub vno iudice possunt tractari commodius, per varias litteras*

*coram diuersis iudicibus (delegatis) trahant, vt laboribus fatigatus et sumptibus, vel compellatur componere vel cedere iuri suo.*



inter verschiedenen Obrigkeiten stehen, gerichtet ist, soll man solche bey der nächsten höhern Obrigkeit anbringen. Eandem rationem Saxonica quaque fora sequuntur, quamvis legibus speciatim de ea re cautum non sit, ita ut vbi vera causarum continentia adest, iudicem omnium superiorem esse adeundum constet. Ac reapse quidem hanc iuris sui contra consortes in vna eademque prouincia, persequendi formulam summa acquitatis ratio suadet, adeo ut nihil quod iure in ea reprehendi possit, reperiatur. Nec quicquam est quod dicat aliquis, iudiciorum formam, iurisdictionemque eo perturbari, vel actorum calumniis locum dari; quae enim in iure nostro sancita super hac re leguntur, tam prudenter sunt cauta, ut nullas plane interpretationis calumnias relinquunt, nec in eorum detrimentum conuerti possint, quorum commodo hac ratione consulere leges voluerunt. Neque vero dubito, quin existant, qui et hoc beneficio abutantur ac plures diuersas causas coniungendo, continentiae praetextu, ad vnum superius omnibusque commune forum malitiose trahant. Quemadmodum autem damnum inde metuendum, tam graue non videtur, quippe quod semper fori exceptione uti reus, cordatus vero, nec partium studio gliscens iudex cognoscere de continentiae fundamento facillime possit, sic hac constituta forma, maior incommodo ex ea metuendo utilitas, quae inde proficiscitur, censenda est. Durum enim profecto est, cogere actorem, ut contra plures in eadem prouincia, apud cuiusque iudicem primae instantiae litiget, atque causam quae vno iudicio iisdemque probandi mediis agi potuisset, nou sine sumtuum magno cum impendio, temporisque dispendio inter plures distrahat iudices, qui omnes vni superiori, a quo potestatem tenent suam, subsunt. Nam si forte

forte quis obiiciat, prima tunc instantia reum priuari, hunc quidem rogatum volo, ne quid temere decernat. Sic enim facile deprehendet subditis nequaquam in prima instantia ius quaesitum tantum competere, vt nec Principi iustas ob causas, ad supremum tribunal, vel ad se ipsum vocare eum liceret, qui primum in suo domicilio conueniendus fuisset.

§. III.

*Agitur de effidu continentiae causarum ad fundandam iurisdictionem summorum Imperii tribunalium, aduersus personas prima in instantia eidem non subiectas. Primum de immediatis coram Austraegis conueniendis.*

Cum itaque haec communis interpretum sententia, fere omnia Germaniae fora occupauerit, non potuit sane fieri, quin eadem quoque summa Imperii tribunalia, peregrinis legibus quippe, vt putabant, conformi, vterentur, ad iurisdictionem suam in eos, qui non nisi in secunda instantia ipsis subessent, tunc saltem immediate exercendam, vbi plurium reorum diuersi essent iudices. Quod quamquam non eodem quam singulis in prouinciis, Statibus maxime contradicentibus, prospero cum successu, ab iis effici potuit; aliter tamen de immediatis austraegali foro vtentibus, aliter de mediatis domini territoriali cuiusque suo subiectis, iudicari debet. In qua quidem posteriori quaestione discutienda, quamuis potissimum versari constituerimus, quum tamen cum hac quodammodo et prior cohaereat, de qua antiquitas in vtramque partem disputauit iudicauitque, haud iniucundum et ab instituto meo plane alienum



non existimo, si priusquam principem qualiscunque huius libelli partem aggrediar, pauca quaedam, quasi in tabula, temporis ratione habita, de ea subiiciam. Ac si quod aequum sit sequamur, iisdem rationibus commoti, quae continentiae hunc effectum in singulis prouinciis tribuendum suadere potuerunt, eundem et hac in specie statuere non dubitamus. Saltem si non maior hic, par tamen ubique adest ratio. Quum enim in eo potissimum hodierna a veteri Austraegarum forma recedat, vt, ex quo caesareae commissionis naturam induerunt ad alterutrum Imperii tribunal tanquam iudicem superiorem, ab iis partibus qui laudo stare nolunt, prouocari possit, non sine iniquitate apud diuersos arbitros lege experiri actor tenetur, quorum lectio quantis cum incommodis, sumtibus temporisque lapsu coniuncta sit, nec harum rerum vel mediocriter tantum gnarum praeterire potest. Quid? quod reprehendi vix merentur, qui, quod apud LVDOLVVM me legere memini, a tempore, malunt quam legibus remedium expectare. At qui ante hos ducentos fere annos de austraegali Statuum instantia ita iudicasset, non magnam gratiam apud eos iniisset, quippe qui eam mirifice iactarent, et eo diligentius in ea tuenda laborarent, quo maiori cum difficultate occasione instituti iudicii cameralis saluam illam, quam limitibus circumscriptam, sibi, conseruauerant. Quare tanti curae arbitraria ista iudicia quocunque tempore ipsis fuerunt, ut praeter causas lege expresse exceptas, nec ob continentiam, iurisdictionis quicquam Imperii iudiciis prima in instantia tribuerent, ac vbi iuri suo detrahi quid intelligerent, rebus suis intenti semper intercederent. Sic vero eadem sibi vindicarunt quae ipsi postea cameralis iuris scriptores



scriptores in dubium vocare non ausi sunt. a) Impetrarunt nempe ii, quibus lege ad arbitros committendi facultatem, MAXIMILIANVS I. confirmauerat hoc priuilegium in omnibus causis, eoque tunc tantum se priuari passi sunt, si ipsa rerum natura Auftraegis locum denegare videretur. Quod vti in turbulentis illis, tristitiaque plenissimis temporibus toties certe eueniebat, quoties in viribus ius suum ponerent, manusque partes conferent; ita camerale iudicium litium potissimum quae adeo vsque modo armis dirimi potuerant, secundum leges componendarum caussa constitutum, in omni violentiarum genere, vel vbi mora in periculum res fortunasque vocaret, nulla primae instantiae ratione habita, recte adiri posse, nemo negabat. Reliquas autem causas, ac vbi eiusmodi timenda non essent, auftraegali cognitioni relictas omnes esse, praeclare iam perillustris de HARPRECHT b) Camerae imperialis splendidus Adseffor, animaduertit; modo exceperis causas fiscales, vindicationem quippe in eos qui iura caesarea violarunt, respicientes, augusto tribunali reseruatas; ita vt pro norma tum valeret, omnibus silitibus iudicandis recte arbitros postulari. Quare in causis litigiosae possessionis non nisi vbi metus armorum adesset Auftraegas praeteriri, vehementer contenderunt; c) atque ex eo simul de famosa illa

a) DE LVDOLF *de iure Camerali* T. I. §. 3. N. 3. Locum autem habet Auftraegarum instantia in omnibus causis lege non exceptis.

b) DE HARPRECHT in *Staatsarchiv des Kayserl. und Reichs-Cammer-Gerichts*. T. V. §. 53.

c) In *Recess. Imp.* 1512. art. 4. §. 12. simpliciter nec metus armorum men-

*tions factu, 'causae litigiosae possessionis ad Cameram mitti dicuntur; quamquam verisimile quam maxime sit, hoc Status subintellexisse. Quod imprimis patet ex gravamine anno 1556 ea de re moto. Vnde e Resolut. Camerali Canc. O. C. verba inserta sunt „und daraus zu besorgen, die Partheyen zu shätlicher Handlung*



illa clausula iudicare licet, constitutioni de litigiosa possessione adiecta, <sup>d)</sup> de qua si pauca quaedam iniciamus, propterea quod interpretum ingenia maxime exercuit, in iustam reprehensionem nos incurrere non putamus. Etenim quum initio orationis causae litigiosae possessionis inter eas nominentur, quarum intuitu ad Cameram statim deueniri posset, quaesitum fuit inter interpretes, qua ratione cum his conciliandae essent, quae in fine leguntur, et quae sic se habent: „Wo aber etliche Stränd wären die sonst derbalben rechtlichen Austräge zwischen Ihnen hätten, die sollen gehalten werden, und hiedurch denselben kein Abbruch gethan seyn;“ Sunt quidam et in his etiam Perillustr. de HARPRECHT <sup>e)</sup> qui Sueuico foedere iunctis Austragis haec verba seruasse sibi persuadentes, nullius utilitatis illa hodie existimant. Alii quidem ad hunc vsque diem clausulae vsum aliquem tribuunt, sed de secundo casu in constitutione memorata proposito eam accipiendam esse volunt, nimirum si mediati inter se de possessione alicuius ret agant, super qua, cuius iurisdictioni subit, disceptatur. <sup>f)</sup> In eo autem omnes consentiunt, agi illo loco de Austragis conuentionalibus. Quandoquidem autem cum prioribus de foedere Sueuico ista interpretari, vel ob verborum generalitatem merito dubitamus, ita et posteriorum sententia difficultate

lung kommen möchten. Nec, quicquid Maximil. I. tentaret, effici potuit, ut in causis simplicis spolii, veluti „Betrang oder Entsetzung, wie auch wenn jemand an Gebrauche seines Wildbaines, Zolls, Geleits, Gerechts etc. beeinträchtigt werde“ in prima O. C. 1495. expresse ex-

ceptis, Austragis Status renunciaissent. Vid. de Harprecht l. cit. T. VI. p. 496.


d) Vid. C. O. C. P. II. tit. 22 §. 3.

e) De Harprecht. l. c. T. III. p. 109.

f) D. I. I. Pehn von den Austrägen, insbesondere von denen einen Kläger geringeren Standes vortheilhaftesten Wege einen Fürsten zu belangen. Halle, 1779. 8.

difficultate aliqua premi nobis videtur, qui hoc inde adstruere cupiunt, iurisdictionem a pluribus dominis sibi vindicatum, arbitris regendam relictam esse. Quis vero ita statuenti, controuersiam eiusmodi in naturam causarum litigiosae possessionis degenerare, simulque iis ipsis quae paulo antea hisce de causis Camerac iudicio committendis fauente sunt, quam quod maxime contrarium poni, non exclamaret? Equidem totam orationem sibi constare et ex omni parte secum consentire existimo, si ex ordine, quo dicta sunt, ea quae ambigua, illustrentur. Quae igitur de controuersis super possessione, ab immediatis in Camera agendis, in uniuersum regula ponitur; eandem et mediatis iisdem in causis tunc seruare tenentur, quando, iurisdictione de re litigiosa inter plures controuersa, incertus est iudex. Vtroque in casu, finita lite de possessione, ad forum ordinarium causam remitti, sanctio nostra iubet. Quod uti de mediatis §. 2. tit. 22. C. O. C. praecipitur, ita §. 3. de cognitione in proprietatis iudicio ab Austragis peragenda, agitur. Sic autem omnem verborum ambiguitatem feliciter euellere optime inter se conciliari posse puto, quae sibi in totum aduersari videbantur. Quin etiam hanc interpretandi rationem secuti, nec de conuentionalibus Austragis illa intelligere, nec aliter quam ab auctore scripta sunt, verba exponere necesse habemus. Quamquam enim sub voce *gewillkührte Austräge* quibusdam animadvertentibus leges imperii nonnumquam et legales denotari solent, ut ut tamen et hoc iam raro fieri MOSERVS <sup>g)</sup> obseruauit, ita ex aduerso conuentionales nomine *rechtliche* insigniri, nullum exemplum adest. Quae omnia ut in compendium redigantur,

g) *Von der deutschen Justiz-Verfassung. T. I. p. 96.*



digantur, clausulam hanc facili negotio extricari ac intelligi posse arbitror, si de causa, finita lite de proprietate, ad Austraegas legales remittenda, eam interpretemur. Ratio autem manifesta est, cessant tunc rationes, quae, ut de possessione determinanda Camera impleretur, ex ipsa rei publicae salute arcessendae videbantur.

Sed e diuerticulo, quo vagatur oratio nostra, ut iam redeat, reuocetur vnde digressa est. Atque ita de iure suo Status iudicauerit. Verum, cum tantum sibi decedere, augusta tribunalia semper putauerint, quantum arbitrariis iudiciis tribueretur, mirum non est, continentiam iuris communis obtentu <sup>b)</sup> in longa causarum serie, quam mira astutia de causis, quae Viennae statim vel Wezlariae essent ventilandae texerunt, primum locum occupasse. Quo ipso tamen factum est, ut perpetuis ea de re controuersis litibusque Imperii iudicia inter et Ordines causa daretur. Quorum remouendarum causa etsi *Recessus Imperii de anno 1570. § 77.* <sup>i)</sup> Cameram certi quid de iurisdictione sua in causis dubiis

<sup>b)</sup> Vid. apud Ludolf. in Append. I. ad lus Cameral. p. 10. responsum quam dederunt Camerae Senatores statibus accuratorem definitionem quaestionis, qua via contra immediatum et mediarum simul procedi possit, *„Geben die gemeinen Rechte in hierin angezeigten Fällen, der Ordnung einen lautern gewissen und gerichtl. Verstand, also das des Orts, einige fernere Vorsehung und Constitution nicht von Nöthen.*

<sup>i)</sup> Damit aber aller Veränderung und Ungleichheit künftig vorkommen

werden möge, ordnen und befehlen wir unsern Cammer-Richter etliche Beysitzer insonderheit zu verordnen, so die Substantial qualitates, darauf die Process, es sey in ersten oder andern Instanz, zu erkennen, zuvorab in Sachen fractae pacis, Pfandungen, mandatorum sine clausula, Inhibitionum, citationis contra plures correos diuersi fori, und dergl. so täglich vorkommen, zusammentragen sollen, darnach in pleno Senatu referiren, darauf sich das Collegium eines einbelligen Brauchs in Fundirung unsers

dubius secundum pleni consilii suffragia definire iusserat; nihilo tamen minus res ita manserunt, donec post longas contentiones, tandem in id animi conspirauerunt, vt, tam contra plures immediatos, austraegali foro, sed non eodem gaudentes, quam contra immediatum et mediatum simul, iurisdicção summorum Imperii tribunalium fundata esset. Vtrumque per *Recess. Deput. de anno 1600. §. 23. et 24.*<sup>1)</sup> ad dubia Cameralia<sup>1)</sup> de eo ad Imperatorem et Imperium anno 1595. delata definitum est, et ad hunc vsque diem summo vsu viget, quicquid ab eo inde tempore de abroganda hae constitutione lege recentiori variis occasionibus Status tentarunt.<sup>m)</sup>

## C 2

## §. IV.

unfers Cammergerichts - Jurisdicção, und Ertheilung der Process endlich verglichen.

k) § 23. et C. O. C. P. II. t. 9. §. 1. et 2. Bey unsern Cammergerichte ist auch zweifentlich vorgeschalen, wie es in decernendis processibus zuhalten, wenn wider zween oder mehr Consorten deuen ieder seine besondere Austräge hätte, alsobald in Camera suppliciret würde. Zu dessen endlicher Erläuterung und gewisser Nachrichtung ist unser befehlender Will, das in solchen Fall, da sich aus den narratis die continentia causae befinden würde, und sich die Partheyen eines redlichen und gewissen Richters nicht vergleichen könnten, alsdenn alsobald an unser Kayserlich - Cammergerichte, Process erkannt sollen und werden mögen. et §. 24. Gleichermassen wenn einer so vermöge der Reichs - Ordnung für die Austräge gehörte, mit andern sei-

nen Unterthanen und Dienern, zu beklagen, sollen die Austräge dierfalls nicht statt haben, sondern soll unser Kayserl. - Cammer - Gerichte als das höchste Gerichte ob continentiam causae darunter anzulangen seyn. Es wäre dann das die Unterthanen und Diener mit der Sache selbst nichts zu schaffen, und allein zu denselben als bloße Ministri gebraucht, auch ex facto suo sic nicht, sondern ihr Herr dem Kläger obligiret und condemniret werden möchten, auch der Herr die Diener oder Unterthanen selbst verretten wollte und konnte, auch welchen Fall allein auf den principalu zu sehen &c.

1) Corp. iur. Cam. Wezlarische in Anfange zum Concept p. 7. sq.

m) Moser von der Teutschen Insitz Verfassung. „Anno 1664. erinerten die Evangelische bey der Reichsbofraths - Ordnung ad Tit. II §. 2.



## §. IV.

*De causis plurium mediatorum, in prima instantia ad summa Imperii iudicia ob continentiam causarum deuoluendis quaeritur.*

*Praemittuntur quaedam de antiqua per Germaniam iuris dicundi ratione.*

Iam si quis negare audeat, Proceres Germanici regni, constitutionum publicarum auctoritate et usu, ab augustis Imperii tribunalibus, fundata causae continentia, praeteritis AustraeGIS in ius vocari, merito is omni responsione indignus nostris quidem temporibus iudicetur necesse est. An vero in eadem causa diuersorum territoriorum subditi ad Cameram imperialem trahi possint, quaestio est anceps, nec, cum ad hunc usque diem inter Optimates et Imperii iudicia nondum plane excussa atque definita sit, accuratiori disquisitione indigna. Cui tamen consilio, cum nonnisi hodiernam cum veteri iurisdictionis forma comparando et in quo vna ab altera differat, vel quod utrique commune indicando commode satisfieri possit, ab hac quidem initium faciendum puto. Ac pristinae quidem iuris dicundi rationi, quum, ex quo in Francorum dominatum res concessissent, iurisdictionem per vniuersum Imperium, solus Imperator per eos, quorum opera in prouinciis regundis vteretur, administraret, nihil magis conueniebat, quam vt illo prouinciam ingrediente, quiesceret Ducum Comitumue potestas, ac vicaria tantum fieret, si Imperatores in distitis prouinciis commorantes, huic tanto officio non vbicumque pares esse possent. Hoc tali rerum actu, et constitutione

*§. 2. dasz denen iuribus AustraeGIS der continentiae causae derogirt werden auch nicht unter dem praetextu den solle.*

ratione Ducum Comitum et Aduocatorum, qui per regiones pagos et oppida, administratorio nomine iudiciis praesentent, iuris dicendi potestas, qualis a CAROLI MAGNI inde aetate apud solum Caesarem fuit, tota quanta continebatur, tantumque aberat, vt sub sequentibus Regibus mutationem res subiissent, vt potius rationem hanc, quamdiu fieri potuit, contra crescentem Procerum auctoritatem, tantquam fortissimum maiestatis suae munimentum, custodirent.

Quoniam enim mutato reipublicae nostrae habitu omnis dignitas in Ducum et vtriusque Principum ordinis iura cesserat, ac postea temporis successu post nouas subinde et maximas ab Imperatorum largitate accessiones incrementaque, hodierna superioritatis territorialis forma ex vicaria olim administratione exierat, eiusque magnam et insignem partem iudicaria constitueret potestas; caue tamen Status, ab omni plane Caesaris concursu in iuribus suis exercendis, quae nequaquam priuatiue illis concessa intelligebantur, solutos fuisse, existimes, cum de hoc vel seculo XIII. admodum obseruato *Ius Prov. Sax. L. I. art. 58. 60. testetur.* <sup>a)</sup> Sane quantum FRIDERICI II. adhuc aetate, ea in re potestatis Caesari tributum fuerit, ex ipsius de iudiciis salubriter emendandis constitutione, paci publicae de anno 1235. adiecta, non obscure apparet. Saltem ibi verba, *und soll allen Leutben richten die ihm klagen von allen Leutben, ohne vom Fürsten, wo es gehet an ihren Leib und an ihre Ehre, an ihr Recht, an ihr Lebn, das wollen wir*

C 3

selber

a) Verba ita leguntur: wenn der Graf zu des Graugrafens Gerichte kommt, so soll dasselbe dadurch aufgeboben seyn. Ein gleiches geschie-

het des Grafens Gerichte, wenn der König in seine Grafschaft kommt; und also mit eines jeden Gerichte.



selber richten, hoc prae se ferunt, omnibus Imperii subditis ac quibuscunque in causis veteri hac Curia imperiali constituta, iudicem datum fuisse. b) In Principum maioris quidem momenti causis, ratione modo parium iudicii habita, horum de vita, fama, bonisque a se ipso et Principibus in consilium adscitis rogari sententiam voluit, minorum vero causarum decisionem Comiti palatino cum adfessoribus inferioribus, viris prudentibus rerumque gnaris reliquit: quorum tamen quosdam in ipso parium consilium nonnumquam adfuisse, *Vir Illustr. I. T. SEGERVS* in programme de *suprema rei iudicariae in Imperio potestate*, eo quo eminent ingenio, edocuit nos acutissimo. Qua deinde causa ac lege factum est, vt post ducentos et quod excurrit annos, querenti HENRICO Duce Bauariae de citatione e Camera non sine Principum offensa atque iniuria ad se missa, FRIDERICVS III. responderet: causam eius iudicibus inferioris ordinis se neququam tradendam existimasse, quippe ipse sententiam in Principum consilio dicturus. c) Quicquid eius rei sit, multa illa iudicia prouincialia, a seculo iam decimo tertio instituta, ac postea per seculum XIV et XV. maxima cum auctoritate celebrata, quam Imperatores iurisdictionis cum Statibus cumulatiue exercendae curam egerint, plane ostendunt, ita vt FRIDERICO III. regnante, praeter Cameram, de quatuor Curiis imperialibus

b) De Harprecht in Staats-Archiv des Cammer-Gerichts P. 1. p. 26. und neue Sammlung der Reichs-Ab-schiede P. 1. p. 25. Der Reichshof soll haben einen Hof Richter, der ein freyer Mann seye, der soll an dem Amt bleiben, zum mindesten ein Jahr,

ob er sich recht und wohl daran halt; der soll auch alle Tage zu Gerichte sitzen, ohne den Sonntag und alle heilige Tage, und soll allein Leuten richten die ihm Klagen von allen Leuten, ohne vom Fürsten &c.

c) De Harprecht. I. cit. p. 55.



libus ac sedecim iudiciis prouincialibus, quae in prima instantia cognoscerent, illisque subordinata essent, erigendis, quanquam frustra, cogitaretur. Imperatorem quippe iustitia in territoriis male tum administrata, iudiciaque plane non ordinata, quum ob iudicis saepissime inopiam, Caesarea iudicia implorare cogentur subditi, multum iuuabant.

§. V.

*Priuatine iurisdictionem Ordines Imperii passim priuilegiis consecuti sunt. Quorum antiquissima ex Friderici II. aeuo repetenda esse, contra Pffingerum ostenditur.*

Quam igitur Proceres nostri potestatem suam, bene cogitantes eius originem nonnisi ab imperatoria maiestate arcessi, ita huic submittebant, eam a seculo inde XIII. ab omni Imperatoris concursu, priuilegiis ea de re impetratis, stipulati sibi liberrimam sunt. Quorum quidem originem ex ea ipsa constitutione, qua Principibus ecclesiasticis a FRIDERICO II. generatim de iuribus suis, cautum est, quamque insecutis annis et ad seculares idem ille extendit, uti dicunt, repetere nos oportet. \*) Quorum tamen in senten-

\*) Schmauss. corp. iur. publ. p. 4 ff. Noua telonea et nouas monetas in ipsorum territoriis sine iurisdictionibus eis inconsultis seu nolentibus non statuimus, sed antiqua telonea et iura monetarum eorum ecclesia concessa — tuebimur — item inibemus ne quis officialium nostrorum in ciuitatibus eorundem principum iurisdictionem aliquam — sibi vindicet, nisi per octo dies ante curiam

nostram ibidem publice indictam et per octo dies post eam finitam. Nec etiam per eodem dies in aliquo excedere praesumant iurisdictionem principis et consuetudinis ciuitatis. Quotiescunque autem ad aliquam ciuitatem eorum accesserimus sine nomine publicae curiae, nihil in ea iuris habeant, sed princeps et dominus eius plena gaudeat in ea potestate.



sententiam concedere ego nullo modo possum. Mihi quidem FRIDERICVS II. quem aiunt de hoc iure suo primum remisisse, videtur modo iurisdictionem cui adeo vique eius officiales praefuerant, ipsis Principum illorum ciuitatibus, propriam, nequaquam autem priuatiuam dedisse. Praefuerunt scilicet ab antiquissimis temporibus, Duces, Comites, eorumque nomine Sculteti et Aduocati ciuitatibus nulla omnino in ciues suos iurisdictione propria vsus, quorum a potestate ineunte demum seculo XIV. quum ad aliquam libertatem sensim eniterentur, per priuilegia de iurisdictione per ipsos et proprios magistratus suos ciuibus administranda, solutae sunt. Atque hoc nec aliud quicquam nae quis videt sanctione illa contineri? De quo vel ipsa verba nos dubitare non sinunt, quod, vbi publicam curiam habiturus Imperator prouinciam petat, clare sibi iurisdictionem reseruauit. Sicut et haec suppetias nobis ferunt, quod eandem legem contraria postea tolleret, quae iudicia Principis sine consensu ab ipsis ciuitatibus ordinata, irrita declararet inualidaque, quantumuis mox pristina iura rursus iis reuocaret. Quo ipso vero manifestum redditur, priori sanctione primum iurisdictionem aliquam propriam esse illas consecutas. Quod adeo verum est, vt magnopere fallatur auctor *Introductionis in historiam Recessuum Imperii collectioni nouissimae praemissae*, qui contra omnem verborum rationem, de exemptione ab ipso iudicio Curiae imperialis haec interpretatur. Deinde vero ex eo et PEEFFINGERVS b) commode refelli potest, cui exemptionum eiusmodi

b) Pessingerus ad Vitruuii Institut. Inr. publici T. 3. p. 1160. sq. Fidelibus nostris ciuibus Argentinensibus, constituimus, tradidimus — vt videlicet nullus eorum, cuiuslibet conditionis, Placitum aliquod quod vulgo

modi, quae postea sub nomine priuilegiorum de non euocando venerunt, exempla e seculo XII. iam petenti, illorum antiquissimum vestigium charta quaedam a IOTHARIO ciuitati Argentinae anno 1129 data, referre videtur. Etenim si vel obiter hanc perlegeris, facile intelliges nec maiora inde pro ciuibus Argentoratensibus vlla ratione deduci ac effici posse, quam quae Principum ecclesiasticorum ciuitatibus FRIDERICVS II. dederat, propria quippe iudicia sibi, vna cum libertate ab Imperatoris officialium potestate, instituendi facultatem. Nec magis huc facit alterum, ad quod prouocat, diploma Episcopo Herbipolensi a FRIDERICO I. anno 1168. concessum. <sup>c)</sup> En ipsius Imperatoris verba, quantum iisdem opus est, vt iudicare lectari possint — *Statuentes imperiali auctoritate, et lege perpetuo valitura decernentes; Ne aliqua ecclesiastica secularisue persona, aliqua temeritatis praesumptione contra instituta antiquorum Principum, contra diuturnam et iustam possessionem Wurzburgensis Ecclesiae et Nostra extemeranda decreta, veniens per totum Wurzburgensem Episcopatum et Ducatum et Comitias infra Episcopatus terminos et Ducatus sitas, iudiciariam potestatem — exerceat, nisi solus Wurzburgensis Episcopus et Dux vel cui ipse commiserit.* Quae verba quid sibi velint, indaganti vix acquiescendum videtur in PFEFFINGERY interpretatione, qui indicem priuilegiorum de non euocandis subditis, temporis iuxta rationem exhibens, secundo illud loco ponit, eoque ipso solutionem ibi a concurrente Caesaris iuris dicundi potestate contineri, indicat.

Recte

*vulgo Thinch vocatur, extra ciuitatem suam constitutum adeat, vel prorsus ab aliquo cogatur adire, vel*

*de aliquo sibi imposto, ibi cuiquam respondere. —*

*c) Eodem loco.*

D



Recte enim ab eodem illo alio loco, ubi de antiquo ducatu Francóniae sententiam suam profert, refertur inter confirmationes a singulis Imperatoribus Episcopo Herbipolensi de ducatu isto factas. Quod verius puto, in eoque nihil aliud, quam iurisdictionis vi dignitatis ducalis Episcopo Herbipolensi ex veteri traditione annexae, absque omni reliquorum Principum interpellatione quiete exercendae confirmationem agnosco. Quare in definiendis antiquissimis eius rei vestigiis, caue alius quam ad FRIDERICI II. usque aetatem adscendas, vetustioribus quippe nonnisi spuris. Enimvero ab eo tempore passim occurrunt, et quo proprius seculo XIV. accedas, eo frequentiora deprehendes magisque expressa. Iam quod Electores attinet, quantum eorum privilegia ex Aurea Bulla potissimum repetere licet, nihilo tamen minus iam antea ad eiusmodi iura sua libertatemque prouocasse illos constat, sed quo iure hoc ab iis factum sit, caliginosa premitur nocte. Quicquid eius sit, eleganti exemplo quantum ante hanc sanctionem sibi tribuerint, idque iure a se fieri putauerint, Perillustr. DE HARPRECHT <sup>d)</sup> docet, sententiam nobis proferendo inter Gerhardum, Aduocatum in Hunoldtstein et Iohannem, Comitem de Sponheim, atque Rupertum Comitem Palatinum Rhen. a CAROLO IV. Spirae anno 1357. pronuntiatam. Imperatore scilicet, a Gerardo Aduocato in Hunoldtstein iudice aduersus Comitem de Sponheim appellato, intercessit Rupertus, sui ac omnium Electorum in praeiudicium agi conqueustus, quorum tamen iuri libertatique conueniret, vt eorum subditis nullus, nisi ipsi, diem diceret. Quo facto, Electoribus ab Imperatore in consilium vocatis, Duceque Vladislao

d) Staats-Archiv, P. I. p. 99.

Vladislao, Teschenensi, iudice delegato, causa ad Rupertum Comitem Palat. Rhen. remissa est; quanquam non sine provocandi facultate ob denegatam vel protractam iustitiam. Unde profecto illud apparet, tribuisse Electoribus insignem illam legem, quam Auream Bullam vocant, non tam noua, et plane inaudita, quam antiqua potius iura vsu incertaque consuetudine vagantia rexisse, magisque definita, quin et eo extensa imperiali auctoritate reddidisse, vt ab illorum effatis appellare cuiquam daretur. Atque eodem illo iure reliquorum Principum singuli, priuilegiis ea de re speciatim impetratis, vsi sunt; quorum ab eo inde tempore et maxime sub FRIDERICO III Imperatore, in hasce petitiones facillime concedente, tanta vis fuit, vt veluti ius commune haberetur. \*) Hinc nec exempla causarum ad iudicem primae instantiae remissarum defuisse, omnis rerum in Curiae imperialis iudicio gestarum memoria ostendit.

## §. VI.

*Quae priuilegia deinde iuris communis facta sunt, per Ordinatum Iud. Cameral. de anno 1495. legesque recentiores.*

Hoc statu res ad MAXIMILIANVM L. vsque continebantur, cui iudicii cameralis haectenus plane corrupti ac male ordinati emendandi consilium felicissimique euentus gloriam fata destinasse videntur. Et si hanc formam

D 2

omnia

\*) Ita enim Ruperto imperante in curia imperiali anno 1495 indicatum est; Dasß Friedrich Burggrau zu Nürnberg gegen die Freyheit der Fürsten nicht schuldig seye, die feiinge für das Land Gericht der Stadt

Rothenburg auf ergangene Ladung zu stellen, sondern sich dagegen ohne Nachtheil des Landfriedens thätlich setzen könnre. vid. Harprecht l. cit. p. 119, T. I.



omnia retinuisſent, dubitandum non eſſet, quin alia multa, quam hodierna fert ſuperioritatis territorialis indoles, de iudiciaria Statuum poteſtate ſtatuenda nobis dicendaque uenirent. Nimirum quamdiu Imperii Status, quibus multum ad honorem ſuum intererat, iuriſdictionem abſque omni Caſaris concurſu liberrime a ſe adminiſtrari, hanc facultatem priuilegiis impetrare oportebat, tam diu pro norma recte ponebatur, Imperatorem cum magiſtratibus provincialibus cumulatiue ius reddere, donec exemptionem quis doceret. Cui mori proinde nil magis conueniebat quam hoc, quod, quemadmodum in vniuerſum ea quae a regula recedunt, probari debeant, ita qui liberum ſe dicebat, titulum edere, nec ipſo iure ſed exceptionis ope ſeſe defendere deberet, quoties contra priuilegium agi uideretur. Neque adeo anti-quitatem aliter iudicaſſe, teſtimonia eius rei a PERILL. DE HARPRECHT collecta, egregie confirmant. \*) Ac in eo quidem, nec quicquam maiſtati imperiali deceſſiſſe, nec veram iudiciariae rei poteſtatis partem ea re ad Optimates tranſlatam eſſe reperi, qui mihi impetrandis eiſmodi priuilegiis magis antiquam eius gloriam conſeruauſſe, quam ius Auguſtorum minuiſſe uidentur. Verum enim uero, quemadmodum publicarum rerum conuerſiones, quas naturales eſſe, ſe a Platone didiciſſe Cicero gloriatur, Germania noſtra maximas ſemper experta eſt; ſic nec in eo ſublitterunt res, ex quo de non euocando ius intra priuilegiorum limites haecenus coarctatum, occaſione condendae Ordinationis cameralis, omnibus commune factum eſt. Haec quippe, in regulam mutato quod exceptionem antea conſtituerat, generatim mediatos apud ſuum cuiusque iudicem in prima inſtan-  
tia

\*) Staats-Archiv. P. I. p. 36.

tia priuatiue conueniri iubet, addita modo limitatione definitis quibusdam in causis. <sup>b)</sup> Quod postea denique, nouioribus legibus Imperii, <sup>c)</sup> lege regia CAROLI VII, <sup>d)</sup> maxime autem pace Osnabrugensi, <sup>e)</sup> ac nouissime Augustissimi Imp. IOSEPHI II. <sup>f)</sup> capitulatione, confirmatum et auctum,

D 3

agnitum

<sup>b)</sup> O. C. de anno 1495. tit. 26. die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen. — Ein jeder soll seine Unterthanen in seinen ordentlichen Gerichten, Rechten und Oberkeiten bleiben lassen und halten, nach eines jeden Fürstenthums, Graffschafft, Herrschafft und Oberkeits löblicher Herkommen und Gebräuchen.

C. Z. C. G. O. P. II. tit. 1. §. 2. „Es soll auch demnach das Kayserl. Cammer - Gericht in erster Instanz oder Rechtfertigung auf niemands Klag oder Ansehen, Ladung erkennen oder geben, gegen diejenigen die der Kayserl. Majestät und dem Reich nicht ohne Mittel unterworfen seyn, und doch sonst ihren ordentlichen Richter haben.

<sup>c)</sup> Recess. Imp. 1512. §. 13. dass ein jeder in den Gerichten darin er ohne Mittel gehörig ist, fingenommen werden soll. cf. etiam Recess. Imp. d. a. 1654. §. 11. 105. 123.

<sup>d)</sup> art. 18. §. 2 3 4. Wir wollen auch die Churfürsten, Fürsten und Prälaten, Grafen, Herren und andern Ständen des Reichs, die unmittelbare Reichs - Ritterschafft mit begriffen, und Dero allerseits Unter-

thanen mit rechtlicher oder gültlicher Tageleistung, von ihren ordentlichen Rechten nicht dringen, erfordern oder vorbeheiden. Sondern einen jeden bey seiner Immediat, privilegiis de non appellando et euocando, Sowohl in Civil als Criminal - als Lebens - Sachen — bleiben lassen.

<sup>e)</sup> INSTR. PAC. OSNAERVG. Artic. V. §. 56. Caeterae in aulico non minus quam in Camerae imperialis iudicio privilegium primae instantiae, Austraeगरarum, iura et privilegia de non appellando Statibus Imperii illibata sunt, nec per mandata aut commissiones aut auocationes, aut quouis a iō modo turbantur. Adde Artic. VIII §. 1.

<sup>f)</sup> §. 4. Auf den Fall auch nach Unserer angetretenen Regierung jemand von den Landständen oder Unterthanen wider dieses oder andere obberührte Sachen, bey uns oder unsern Reichshofath, oder erst bemeldeten Cammergericht etwas anzubringen oder zu suchen sich geltsten lassen werde; wollen wir daran seyn, und darauf halten, dass ein solcher nicht leichtlich gebüret, sondern a limine iudicii ab, und zu schuldiger Partion an seinen Landesfürsten und Herrn gewiesen werde.



agnitum est. Hinc recte iam monuit MOSERVS, et ante eum CARPZOVIVS, inepte hodie priuilegii nomen iuri huic dari. §) Igitur quid ante Ordinat. Cameral. de eo, quod quaeritur, valuerit, facillime ita cognosci potest. Nam cum antiquitus in omni casu, Imperatorem pariter ac Principem mediati iudices implorarent, atque id pro iure obseruaretur, tanto magis hoc valebat, si cum pluribus in diuersis territoriis, agendum esset.

### §. VII.

*Transit oratio ad quaestionem propositam. Aduersatur iuris dictio summorum Imperii iudiciorum ob continentiam causarum iuri Statuum territoriali.*

In his vero, qui antiqua cum nouis contulerit, vti diuersam rerum faciem deprehendet, ita ab ea in totum plane alieni quid agere videntur, qui nihilo tamen minus ob causae continentiam, recte mediatos e foro territoriali euocari, affirmant. Atque haec opinio aeque recentiorum interpretum, et quidem nobilissimorum, animis infixata sedet, ac eorum qui ante hunc fere seculum primum rerum publicarum doctrinae, tum, cum quisque Romanorum formulis quam patriis moribus inuestigandis aetatem suam agere mallet, caliginosa nocte pressae, lumen aliquod attulerunt, atque de ea praeclare meriti sunt; ita vt praeter PVITTERVM<sup>a)</sup> veritatis strenuum defensorem, qui publice dissentire ausus sit, neminem sciam. In tanta igitur aduersariorum copia agamus iam, vt aperiantur

§) L. c. P. I. c. 5. §. II. p. 175. beyrn Reichs - Hofrath übergebene  
<sup>a)</sup> Vid. die im Jahr 1759 in Sachen Duplic; in desselben Rechtsfällen  
 Thorton und Consorten, entgegen die Th. II. n. 29.  
 Freyinnen von Schlitz, genann Götz,



tur faciles et perspicuae rationes quibus tutissime constitui, et sine Augustorum offensa atque iniuria affirmari possit ac debeat, supremam iuris dicendi potestatem in Ordinum Imperii subditos, ne ob continentiam quidem penes Imperatorem esse, hancque libertatem in superioritate territoriali custodiri. Equidem iustis rationibus me non destitutum puto, si ipsa rerum publicarum in singulis territoriis administrandarum formula vtar ad sententiae huius causas expromendas; ac ne, quod scripsi, durum videatur, generatim dicam, nec potestatis quicquam Caesari tribuendum esse in praeripiendis iis, quae ab ipsis Statibus, vi potestatis plenitudinis exerceri potuissent; ab eo maxime tempore quo pax Westphalica, superioritate plena territoriali diserte constituta, confirmauit eam magisque muniuit. Quae enim, quemadmodum in vniuersum limitibus nullis circumscripta est, nisi quae vel ipsa natura rei (salute, puta, publica) vel legibus fundamentalibus, vel denique obseruantia longaue consuetudine, definiantur; idem et in nostro hoc regimine territoriali, vsu venit, summoque iure obseruatur, vt omnia in eo comprehensa intelligantur, quae vnquam ex potestatis plenitudine vel iam peracta constant, vel tamen futuro peragantur, modo termini omni rerum publicarum administrationis formulae communes, iique, quibus illud speciatim teneatur, non excedantur. Haud scilicet ignoro, concussam quidem tot tantisque conuersionibus Imperii compagem, dissolutam autem felici fato non esse, immo potius tot ac tantas provincias vno omnes civili vinculo ita contineri, vt non solum Princeps omnem omnino potestatem suam, quantumuis magnam et insignem, legibus Imperii supremaeque Caesaris tutelae ac inspectioni submittant, sed etiam nonnulla passim, neque tanta, quanta superioritate territoriali alias comprehendi constat,



stat, Imperatori hucusque reserua-  
 ta, quae eius tantum auctoritate a Statibus exercetur. In quibus tamen omnibus, uti non nisi limites quibus territorialis potestas circumscripta est, cernuntur, ex eoque praecipuum discrimen quod eam aliorumque Principum, superiori nullo subiectionis vinculo obstrictorum, imperium intercedit, cognoscitur, sic nec regula quam dedi, infirmatur, Statibus in suo territorio nihil non ex iis licere, nisi lege publica adentum, aut vsu et obseruantia Imperio submissum fuerit. Quae quum ita sint, ex ipsa quam Caesari supremam tutelam et inspectionem stipulantur, arcessi quidem oportet, ut omnem iudiciorum in Imperio, in quibus male ordinatis atque exercitis omnium fortunae et facultates, prouinciarum vero salus, periclitarentur, curam atque sollicitudinem ille habeat, subditisque oppressis vel de denegata ac protracta iustitia conquestis, auxilium praestet, quin etiam prouocationes accipiat: ceterum tamen omnis iurisdictio in superioritate territoriali ita comprehensa est, ut Imperatori ea in re plane nihil tribui possit. Certe cum in modum egregie disponit art. I. §. 8. capitulationis CAROLI VII. *Wir wollen weder denen Reichs-Gerichten, noch sonst jemand wer der auch seye, gestatten, das denen Ständen in ihren Territoriis in Religion, Politischen, und Iustiz-Sachen, sub quocunq; praetextu wider den Friedensschluß oder aufgerichtete rechtmäßige und verbindliche Paßla vor und eingegriffen werde.* Quandoquidem igitur Statuum potestas tam late pateat, et ad omnia sese extendat, ubi legis Imperii non circumsepta est, ego sane rationem nullam video, qua salua libertate hac illaefaque, tunc sibi augusta tribunalia cognitionem quandam vindicare possint, quando cum diuersorum dominorum subditis agendum sit, quorum causas, praeterea quod nullibi exceptae reperiantur, eo ipso  
 dum

dum inter expresse exceptas haud nominentur, ordinariis iudicibus relictas esse, quisque intelligit. Proxime enim ad rem nostram pertinet, quae Ordinatione Camerali de anno 1495 cauta sunt. Remissa scilicet omni omnino in mediatos cum Principibus iurisdictionis communione, ac pro norma constituto, quod exceptione olim continebatur, priuatum eius exercitium extra omnem dubitationis aleam posuit. Nam si quis prouincialium iudiciorum formam mihi obiciat, quae ad hunc vsque diem certis quibusdam in tractibus ex antiquo supersunt, et nihilominus audent mediatis ipsisque Principibus in prima instantia diem dicere, sane hoc cum hodierno rerum publicarum statu tam vehementer pugnat, ut mirum non sit, Status iam pridem iudicia illa grauatos, eorum abolitionem pace Westphalica, quin et occasione componendae legis regiae a quouis nouiter eligendo, postulasse. Ceterum quicquid iisdem iuris tribuant, praeclare animaduertente *PVETTERO*<sup>b)</sup>, aliter profecto non persuadebitur, quam hac adiecta conditione, ut certe in eo exceptionem a regula complecti, atque id pro iure obseruari consentiant. Quod autem quibusdam in causis expresse definitis, Imperii iudicia cognoscere iubeantur, id sane ipsi illarum naturae proprium esse videtur. Banno enim imperii vnice ab Imperatore irrogando, cum in eos animaduertatur, qui fractae pacis publicae rei sunt, nemo non vidit, quare in hoc crimine vindicando territoriale imperium non sufficiat. Atque eadem ex ratione fiscales causae et priuilegiorum, propterea quod illae, aut fractae pacis, aut violatorum iurium Caesaris, vindictam spirant, hae vero, controuersias quippe de priuilegiorum interpretatione, a solo concedente facienda, respiciunt,

b) In *Beiträgen zum deutschen Staats- und Fürsten-Rechte. I. Theil p. 226.*



ciunt, iudicis ordinarii cognitionem respuunt. Quare, caussa legislationis nostrae hac constituta, illis assentire non possum, quos quoties ob fractam pacem non ad bannum, sed pro ea, qua actor vitur, eligendi facultate, ad pecuniariam poenam agitur, toties territorialem rei dominum pariter ac Caesarem iudicem competentem dicere proclives video. Sane quidem lubenter ego largior, plerumque primos eiusmodi seditionum conatus ab ordinariis iudicibus ita comprimī, vt raro nostris temporibus perfici crimen possit, Cameramque implorare opus sit; sed si fortasse accidat, quod fore vix quidem credo, siue in bannum agatur, siue non, vtroque tamen casu Caesarem esse, qui sententiam dicat, cum aliis mihi persuasum habeo. Insistendum scilicet legibus Imperii est, quae multam duorum millium marcarum auri puri, fisco Caesareo soluendam, constituerunt. Id enim sibi volunt adiecta verba *Constit. Pacis an. 1548. tit. XIII. auch unserm Cammer-Gericht heimgestellt und Gewalt gegeben haben, ex officio oder auf Begehren der Partheyen, die bestimmte Pön des Landfriedens bruchs in eine Geld Pön zu verändern — doch in alleweg unsern Fisco unabbrüchig.* Verum priuilegiorum omnes causas, modo de illarum interpretatione non agatur, recte apud iudicem mediati cuiusque suum peragi, non est quod in dubitationem vocetur. Sed missa faciamus, de quibus hoc loco obiter monere quaedam, ne utquam prolixè disputare, e re videbatur. Ex ea igitur Ordinationis Cameralis parte, quae est de finibus, quibus regula, paullo antea proposita, includitur, satis patet, quas ob causas, et in prima instantia ad alterutrum summum tribunal mediati vocentur. Quarum in numero cum continentia haud deprehendatur, nec bonos agunt interpretes, nec aliter quam male de arte nostra merentur, qui ita exceptionibus, ibi definitis,

nitis, potestatem addendi plures quamdam sibi competere, arbitrantur. Equidem haud ignoro, insignem hanc adiiciendo emendandi rationem, tum a iuris civilis magistris optimo iure adhiberi, si mendum, quod legislatori nec opinanti exciderat, ex ipsius mente, ac seruata eius sententia, tollendum subfit, aut implicite, quamuis non expresse sanctione quid contineatur. Idem tamen scio, semper hoc colore quaesito et ratione petita e iure faciendum esse, vt noui nihil moliri, sed semper inniti et inhaerere praeceptis illius videamur. Quibus vero iustae rationis praesidiis adiuti sint, qui a causis ibi nominatum, et nonnisi speciali ratione exceptis argumentum ad alias quasuis non expressas ducant, equidem non video? cum procul omni dubio hoc in vniuersum valeat, legem, quae regulam proponit, diserte additis limitibus quibusdam, quos non exempli loco, sed vt indicem eorum daret legislator adiecisse praesumendus est, ne ad similes quidem multo minus ad species plane diuersas esse extendendam. Quod denique a nonnullis forte inferri posset, legem anteriorem specialem non tolli posteriori generali, id verum quidem esset, si talis proferri posset, quae ob continentiam causarum iurisdictionem summam daret, ac dispositionem Ordinationis Cameralis nec specialem, sed generalem esse probaretur; quamdiu tamen hoc non fiat, quod futurum esse nunquam, mihi persuasum est, non opus est, vt ea de re multo liberius dicam. Nam, qui eo nomine ad ius romanum prouocant, quae illis opponi possunt, cum docte iam a *ВАСНТО* aliisque prolata, a nobis vero supra compendio quasi exhibita sint, hic non repetimus. Nihil igitur de siculneo totius rei fundamento dicam, nec quam absurda et menti Pomponii, ac Papiniani, cuius sententiae ille subscribit, plane contraria sit, illorum opinio, iam non




demonstrabo; hoc certum est, quod vnusquisque facile mihi largietur, etiamsi iud apud Romanos explorati iuris fuerit, peregrinarum tamen legum vim auctoritatemque tantam vnquam non fuisse, vt praeter priuatorum controuersias, et in rerum publicarum formula diiudicanda et definienda maiores nostri illis vti essent. Quis vero dubitet, hac in quaestione non singulorum priuatorumque solum causam ac vtilitatem cerni, sed de eo, quid Caesari, quid Statibus tribuendum, quaeri; de finibus inter territorialem Caesarisque potestatem regundis, vel solum legibus Imperii vel obseruantia determinandis agi? Quare vt tandem omnia generali definitione complectar, cum nec peregrini iuris dispositiones (ponam quod volunt iis contineri) in hanc rem allegari, nec patriae leges afferri possint, a causis denique exceptis ad alias contra omnem interpretandi rationem conclusio ita fiat; peruersam dicere, iurique constituto communem opinionem maxime contrariam non dubitamus.

§. VIII.

*Quantum in specie proposita Principis territorialis cuiusdam in iudices inferiores potestatem, a suprema per Germaniam Imperatoris iurisdictione, secerni intersit?*

Haec dum disputo, vereor, ne in eorum vituperationem incurram, quibus mecum ipse pugnare forte, et non modo non cohaerentia inter se dicere, sed maxime disiuncta atque contraria propterea videor, quod generatim pauca initio huius libelli praemittendo, argumentis vulgarem illam sententiam, iisque ex aequitate petitis defensam iui. At dicat aliquis: est iudex superior mediatis pariter diversi territorii, ac iis, qui eidem Principi subsunt! Audio! Sed quid

quid iis respondendum, vel e prioribus, quae de suprema iudiciaria in Imperio potestate differuimus quodammodo apparet. Vtique penes Imperatorem ad hunc vsque diem suprema iuris dicendi potestas in iuribus sibi referuatis custoditur; patet subditis ad Imperii iudicia aditus, qui vel denegata, vel male administrata iustitia a iudice territoriali se grauatos putant; vt et prouocare ab eius sententia iure liceat. Haec omnia equidem in dubium nunquam vocabo; immo vero argumento mihi sunt, quanta territorialis regiminis indoli propria sint, in quibus ab aliarum prouinciarum, nemini sese submittentium, constitutione recedat, modo vicissim id mihi concesserint aduersarii, vbi nec ius detrectetur vel denegetur, nec grauatum sese dicere quis possit, omnem iurisdictionem a Statibus tam libere teneri, vt a suprema aliqua potestate in totum soluti habendi sint. Quae cum ita sint, profecto statim quisque intelliget, ex eo, quod vi supremae iurisdictionis in inferiores iudices in singulis prouinciis vel extra Germaniam suscipitur, perperam de supremae rei iudiciariae potestatis in Imperio ambitu, iudicari. Sane, cogitanti mihi generatim veram iudicis supremae potestatis naturam, in duobus maxime, si quid video, sese exserit, in suprema tutela vel inspectione nempe, ac concurrenti quibusvis in causis cum iudice inferiori facultate. In illa quidem vti, ne detrimenti quid respublica e iudiciis male ordinatis capiat, sed qui iisdem praesunt, vt ad officium, a quo decedunt, redigantur, cura praecipua, in audiendis remouendisque ea de re querelis spectatur, ita haec in eo consistit, vt, quando opus sit, ad summum Principis oraculum vel statim causae a magistratu inferiori auocari possint. Atque quin hoc fiat, nihil profecto obstat. Vni Principi cuiusque rei publicae lex fundamentalis iudicia



tuendae pacis habendi deque liberorum hominum caussis ius dicendi potestatem dedit. Modo cum solus huic tanto officio diffitis in prouinciis par esse non possit, magistratus constituti, iudiciaque inferiora ordinata sunt, quibus illi praeessent. Ab eo itaque, cum omnes, qua gaudent, potestatem suam teneant, quid quaeso prohibet, quo minus vel addat vel detrahat, vel quibus velit, terminis Princeps eam includat? Fuit quondam aetas, uti historia docet, qua idem de Caesaris per Imperium iurisdictione dicendum erat. Fuit haec temporum felicitas, quamdiu vicario nomine nec proprio iure, Ordines Imperii prouinciis regundis sese praepositos putabant. Sed periit vna cum pristina regiminis formula. Ac reapse, uti nunc, qua viuimus aetate, est illa potestas, nonnisi in ea parte versatur, quam in summa tutela et inspectione positam animaduertas. Cessat enim altera post varias rerum conuersiones, mutationesque maximas, eaque concurrente cum omnibus Principibus in mediatos ciues, insignis. Proinde, ut in vniuersum, ita speciatim in iudicaria potestate cuiusuis Principis multa seruantur, quae qui Imperatori dare vellent, grauius laborerentur. Neque adeo quae de acqutate, qua opinio superiorem omnium iudicem in vna eademque prouincia, adpellari posse nititur, loquutus sum, vera sunt, si iisdem rationibus ad Camerae forum ob continentiam caussarum in Statuum subditos stabiliendum, vtamur. In Imperio enim cum diuisa maiestas ac duplex regimen sit, territoriale alterum, alterum Caesaris, qui fieri possit, ut absque illius contemptu, quod illi detrahitur, huic adiciatur? Vtrique regimini fines et lege et obseruantia definiti caute ac diligenter custodiendi sunt, nec sine publicae salutis, totiusque Imperii legitimae formae iactura turbandi.

Qui-  
bus



bus vero in regundis, ita eos constitutos inuenies, ut omnibus fere Statibus vindicatis, pauca Imperatori relicta, ideoque sententiae nostrae causam veram deprehendas. Quo iure igitur cum correis, qui extra Imperium lares rerumque ac fortunarum suarum summam constituerunt, actor in suo cuiusque foro lege experiri debet, eodem profecto apud nos mediati iudex domicilii recusari nequit, qui Imperii iudicia, superiorem quidem in causis determinatis, sed non concurrentem iudicem agnoscit. Ceterum quod in omnium fere ore est, fontem iurisdictionis in Imperio Caesarem haberi, eo certe nostris temporibus vetus tantummodo iudiciorum imago eleganter exprimitur.

§. IX.

*Neque obseruantia suae iure camerae non scripto nititur huius  
tribunalis iurisdictionis.*

Sed sunt etiam alia quae nobis suppetias ferunt, quibusque sententia nostra suffulcitur, argumenta eaque fortissima. Quandoquidem enim ipsis legibus Imperii, Statuumque iuri territoriali in totum aduersetur, Imperatorem ob causae continentiam mediatorum iudicem competentem dicere; sic nec obseruantia, quam stylum cameralem vocant, cum ob crebras passim factas contradictiones, tum quod in ipso senatu pleno de eo conueniri non potuerit, id quod volunt, fundatur. Quo factum est, vt, cum ad legislatariam potestatem; ea quae de praetereundo ob causae continentiam foro austraegatico immediatorum, in vtrunque partem a Camerae senatoribus disputata erant iudicata-

que



que, deferrentur, <sup>a)</sup> et de hoc, in quo nostra disputatio versatur, quaereretur <sup>b)</sup>. Sed nec eandem praeclaram operam, quam illis, quantum fieri potuit, definiendis deputati Ordines adhibuerunt, experta etiam haec quaestio est, quippe quam RECESSVS DEPUTAT. IMPERII de anno 1600. omni eius decisione in suspenso relicta ad proxima comitia ablegavit. <sup>c)</sup> Neque enim in Imperatoris voluntatem concedere, nec iuri suo quicquam detrahi voluerunt; unde in tanto dissensu eorum, qui publicae utilitatis causa consentire quam qui maxime debuissent, omnia in lite posita manserunt. Quod autem de iis ab eo inde tempore occasione visitandi iudicii Cameralis definiendis, in comitiis cogitatum, ac RECESS. IMP. NOVISS. §. 135. cautum fuit, <sup>d)</sup> toto hoc negotio ante hos quinque annos, tum cum

a) Dubia Cameralia de anno 1595 in Corp. Iur. Cam. Wezlar. in Anhang zum Concept p. 7. sq.

b) Eodem sub Nr. 8.

c) Recess. Deput. Imp. 1600 §. 140. Es haben auch unsere Kayserlichen Commissarien der Gebühr nach referiret, was ihnen von den Churfürsten, deputirten Fürsten und Ständen, Rärben und Gesandten, in denen von unsern Kayserl. Cammer-Gerichte überreichten Dubien, bey den achten, zwölften und zwey und dreyßigsten Punkten, vor unterschiedliche Meinungen und Bedenken in Schriften eröffnet, deren sie sich diesmal nicht vergleichen können, sondern dafür gehalten, daß dieselbe zu gemeiner Decision aller Stände auszustellen seyn. Ob wir nun wohl neben unsern Commissarien am lieb-

sten gesehen, daß angeregte drey Punkte diesmal durch einmüthige Vergleichung ihre schließliche Erledigung erlangen mögen, jedoch und weil der Churfürsten und deputirten Fürsten und Stände Rärthe, auf ihre Meinung beharret, so wollen wir dasselbe den Ständen bey künftiger gemeiner Reichs-Versammlung wieder vorzutragen unvergessen seyn.

d) §. 135. Ratione dubiorum Cameral. sowohl den Process als die iura selbst betreffend, sollen die Affairs dieselbe, hiezwischen zusammentragen, rechtlich überlegen, und das hierüber gemachte Conclusum, nichtweniger zur Maintzischen Cantzley zu dem End überschicken, damit von daraus den verordneten Visitatoren und Revisoren davon bey Zeiten Communication bescheben, dieselbe

eum quisque exinde sibi polliceretur maxima, aduerso quodam fato diremito, nec ad hunc vsque diem effici potuit. <sup>e)</sup> Quae quum ita sint, tantum abest, vt vlla ratione pro Camerae iurisdictione pronuntiandum sit, vt potius, qui hoc non sentiat, nihil sentiat. Taceo iam ne pluralitate quidem suffragiorum normam in iudicando obseruandam, summum illud iudicium constituisse; hoc autem dicam, nullam eiusmodi Senatus consultis auctoritatem in casu nostro esse. Quamquam enim ab antiquo et maxime ex quo Regimentum illud Imperii, legum mutandarum et declarandarum causa, quarum de intellectu dissensus esset, a MAXIMILIANO I. Principe ad omnia magna nato factoque institutum, dimissum fuerat, dubiorum interpretationem, vel circa modum procedendi vel ex ipsis legibus Imperii oriendorum, et vsus et lex postea iudicio Camerali dederunt; idque nec hodie aliter obseruari, contra eos, qui hanc facultatem pacis Westphalicae <sup>f)</sup> vt et legis regiae <sup>g)</sup> dispositionibus sublatam putent,

*selbe sich darinnen der Nothdurft versehen, und bey bevorstehender Visitation die befundene Mängel, um so viel desto besser examiniren, und denselben abhelfen können.*

*e) Camerae Senatoribus de causae contentia ita constituere visum est. Gleichwie wenn mit einer actione personali e g. ex mutuo, mehrere als des verstorbenen Schuldners hinterlassene in verschiedenen Ländern und unter verschiedenen Herrschaften wohnende Erben, welche seine Erbschaft unter sich vertheilt haben, zu belangen sind, dieselbe zusammen actione indivisibili vor aller Ober-*

*Richter zu verklagen, weil es sehr beschwerlich seyn würde, wann ieder apert unter seiner Landes-Obrigkeit belangt werden müste &c. vid. C. G. Gutachten p. 20.*

*f) I. P. O. art. 3. §. 2 et art. 5. §. 53. si qua dubia circa interpretationem constitutionum ac recessuum imperii publicorum occurrunt — remittantur ad comitia Imperii universalia.*

*g) Capitul. (1665 et 1711) art. 2. §. 4 &c. Des Heil. Reichs Ordnungen und Gesetze keinesweges ohne der Churfürsten, Fürsten und Stände auf Reichstagen vorhergehender Bewilli-*

*gung*



putent, egregie Celeberr. P VITTE RV S h) vindicauit; eodem tamen scitissime obseruante, nouiores sanctiones legum Imperii interpretationem non plane prohibuerunt, sed tantum quodammodo coarctarunt, ita vt pro diuersa litigantium conditione caussaeque controuersae natura, relinquerent illam aut denegarent. Atque tunc sane ab omni interpretatione et declaratione iudicia Imperii iure meritoque abstinere iubentur, si de legis intellectu non a partibus solum, au gustis in foris caussam orantibus, sed ab iis quaeratur, quorum controuersiae transactione modo amicabile componendae, ad illorum cognitionem plane non pertinent. Quarum principem partem cum illae faciant, quae inter ipsum Imperatorem et Status agitantur, quis nostrae caussae non eandem statim naturam cognoscat? Numne mediati homines, qui ob actionis generalitatem ad Cameram vocati, fori exceptione sese tuentur, de eo agant, quod inter illos in lite, adeoque procul omni dubio extra suae potestatis limites positum est? Iam qua ratione, quaero, de iurisdictione sua pronuntiari possit, nisi iudicata et hac controuersia? Accedit porro, quod dum hoc summa tribunalia faciant, ne in interpretatione quidem legis, sed plane noua condenda, antiquiorique mutanda versentur. Ita enim ad caussas diferte ac nominatim exceptas Ordinatio

Cameralis

*gung ändern; vielweniger neue Ordnungen und Gesetze in Reiche machen, noch allein die Interpretation der Reichsstatuten und Friedensschlusses vornehmen (add. 1742.) noch dergleichen unserm R. H. R. oder C. G. gestatten, sondern mit gesammter Stände Rath und Vergleichung auf Reichstagen damit verfahren, zuvor*

*aber darinn nichts verfügen, noch ergeben lassen, (add. 1742.) als welches solchensfalls ungültig und unverbindlich seyn soll.*

*h) Diss. de iure et officio sum. trib. circa interpret. leg. Imp. in eius Opuscul. ad rem iud. Imp. p. 228. sq.*

Cameralis restringi debet, vt qui ad plures eam easque di-  
 versas trahat, nec interpretis officio fungi, sed addere de  
 quò nec auctores cogitauere, nobis videatur. In re incer-  
 ta igitur, nec magis obseruantia ac consuetudine, quam iu-  
 ris scripti auctoritate definita, qui decisionem eius expecta-  
 re actor nolit, huic certe nil superest, quam vt cum quoli-  
 bet in foro suo ordinario lege experiatur.

§. X.

*Nobis sententiae a Camera hac in specie latae, temere obiiciuntur.*

At vero, inquires fortasse, saepius in Camera contra  
 mediatos ob causae continentiam iudicatum est, cuius rei  
 nec exempla defunt. Quae quidem etsi probabilitatis spe-  
 cie haud destituta sint, nihilo tamen minus ea omnia incaf-  
 sum dici confidenter credo, ac si tantum sperare fas sit, cor-  
 datiores mecum omnes. Equidem, qui generatim rebus  
 in vna eademque causa conformiter iudicatis, tantam vim  
 tribui probe sciam, vt ad probandam hanc vel illam quae-  
 sitionis a prudentibus in controuersiam vocatae interpreta-  
 tionem, cum effectu iisdem vti possimus, temperamento  
 tamen quodam adhibito hoc faciendum puto, ne cum dies  
 diem doceat, quae forte antiquitas pro temporum ingenio,  
 maximis erroribus occaecata iudicia tulit, haec nostra etiam  
 aetate, multum edoctiores sequamur. Atque idem eo  
 magis hic nobis considerandum venit, quo maiora sunt,  
 quae in hodierna rerum publicarum doctrina falsa noscun-  
 tur, pro iure olim obseruata. Sed quorsum haec, cum  
 aliae rationes in promptu sint, quae a nobis summo iure vr-  
 gentur. Quomodo igitur impedimento nobis eiusmodi  
 res iudicatae esse possint, quae ne summo quidem illi tribu-



nali normam in iudicando constituunt, equidem plane non intelligo? Qua de re omnibus, quos Camerae obseruantiam SCtis in pleno Senatu factis regi, in singulis autem senatibus eiusmodi res iudicatas fieri non fugit, eo magis persuasum esse debet, quo verius est, rem iudicatam tertio nec nocere nec prodesse. Quae regula licet in foro ita limitatur, nisi de iure tertii simul in illa pronuntiatum fuerit; ideoque qui talem sententiam et sui in praeiudicium in Camera dictam, non impugnaverint, et eorum intuitu quin valeat nihil obstat; neque tamen aliter hoc ita dicitur, quam si ad omnium quorum interest, id quod actum, notitiam peruenerit; ac nemine interpellante, de illorum consensu certissime constet. Quorum si vnum deficiat, si omnes consentiant, vnus dissentiat, frustra huic obiicitur, in quo reliquis acquiescendum visum est! Potest enim quicquam esse absurdius, quam in ceterorum damnum conuertere, quod singuli de iure suo remiserunt? Num vero ideo, etiamsi rerum iudicarum inter mediatos ob causae continentiam in iudicio Camerali sexcenta exempla exstarent, quippe quod Statuum nonnulli fieri hoc passi sunt, ad generalem omnium consensum recte concludi, defendes? de quo vel plane denegato, ea, quae de controuersia hac componenda in comitiis frustra tentata sunt, fatis superque testantur.

§. XI.

*Quae omnia pariter procedunt, siue uterque reus mediatas sit, siue immediatus alter, alter mediatas.*

Sed haec dicta sunt, vt continentiae quem dederunt effectum, nec legibus Imperii, nec Camerae SCtis, nec iure non scripto optimo legum correctore niti, omniaque aduersariorum

sariorum argumenta, quum pro certo ponant, quod probare maxime debuissent, nec statum rerum hodiernum cum antiquo contulerint, vitio visibili laborare appareat. Sed cum illos ipsos, qui, etsi non omnem plane hac in specie Imperii iudiciis, jurisdictionem denegare audeant, eam tamen dubiam nec satis fundatam existimant, certam et definitam tunc dicere, vbi mediatus cum immediato conueniendus sit, animaduverterim, a) age argumenta, quibus vtantur, expendamus, non diu sane nobis colligenda, sed in ipso RECESS. DEP. d. a. 1600. §. 24. omnia congregata. Atque ad hoc efficiendum robur suum statim ab eo accipere existimant, quod ibi, qui contra mediatum et immediatum ex vna eademque causa agere velit, omiſſis Auſtraegis, Cameram statim adire iubetur. Quod tamen calculo nostro parum probari haud inficiamur. Ac primum quidem cuilibet functionem illam legenti, non potest non statim in oculos incurrere, male illa de quibuscunque mediatis intelligi. Fuisse enim in RECESS. DEPVT. de subditis mediatis ipsius Principis conuenti, neququam de alienis cautum, adeo verum est, vt qui aliter quaestionem propositam determinent, contra legis sensum aperte differant. Quibus omnibus cum maior fides fieri nequeat, quam si legis verba eum sensum, quem in commentariis actorum, siue protocollis, declarationibus et aliis huius generis scriptis publicis expressum deprehendimus, quaeque illam antecesserunt, recipere doceatur, iungamus iis, quae ad Ordinationem

F 3

Came-

a) Moser von der teutschen Justiz-  
 Verfassung. Theil I. p. 456. „daß  
 wenn solchergestalt ein Unmittelbarer  
 und Mittelbarer zugleich belangt

werden, die Inuisdiction derer Reichs-  
 Gerichte auch gegen einen Mittelba-  
 ren gegründet sey, ist außer Streit.

Cameralen anni 1555. Proceres monuerunt <sup>b)</sup> vna cum dubio II. a iudicio Camerali authenticae interpretationi anno 1495. commisso, atque ita concepto. „Wann einer so die Austräge hat mit sammt seinen Unterthanen oder Dienern zugleich zu beklagen, sind eines Theils der Meynung, daß die Sache nicht gleich ad Cameram möge gezogen werden, sondern dieselbe vor die Richter der Austräge gehörig sey. Dann ein Unterthan und Diener seinen Herren und dessen als dignioris Richter nach zu folgen schuldig. Letzlich aber maioribus votis dahin geschlossen, daß die Austräge regulariter dicsfalls nicht statt haben mögen. Es waere dann, daß der Diener oder Unterthan für sich selbst mit der Sache gar nichts zu thun, und allein zu derselben als bloße Ministri gebraucht se. Quid enim aliud iis innuitur quam non nisi de subditis vel ministris cum suo domino conueniendis dubitatum fuisse? Quid? quod ita non modo elici, sed plane demonstrari potest. Quam etiam suam mentem expresse Principes seculares eo declararunt, die Capitulationi Caesareae anni 1741. haec adici voluerunt, daß die Reichs-Gerichte in Sachen, so der Stände Diener und Rätthe augehen, stricke an den §. Gleichermassen des R. D. A. von 1600. halten und daraus nicht schreiben sollten. Quod licet legi regiae ex hac forte uti MOSE-

RVS

b) Ludolfus in Append. I. Comment. System de I. C. adiecta. „Dieweil sich auch etwa Sachen zugetragen, welche nicht alsobald unter den verordneten Austrägen zu finden seyn, also da ein Churfürst einen andern Churfürsten und eine Stadt als Mit-Consorten um Recht ersuchen thät, oder da ein Fürst einen Churfürsten, und dann die Unterthanen beyder

vorgemeldeter Churfürsten und Fürsten als Mit-Consorten in Rechte fürnehmen will, welche casus mixti seyn, und viel Zweifel daraus erwachsen, wie man sich selber halber oder der Consorts, geringer seinen Consorten als höhern nachfolgen soll, fleißig zu erwegen und zu verordnen u. s. w.



¶ vs conicit ratione, quia Imperii iudicia per se iam ad illud  
 faciendum obligata Status duxerint, insertum non sit, eo ipso  
 tamen satis indicarunt, hunc locum modo de Principis con-  
 venti ministris atque subditis esse explicandum. Quod igitur  
 in omni interpretatione praeceptum diligenter tenen-  
 dum est; ut ex iis, quae causam legi praebuerint, quoad  
 constet, explicatio fiat, siquidem, ut multi recte monuerunt  
 et generales loquutiones falsae saepe fiunt, nisi ad speciem  
 propositam restringantur; id multo magis hoc loco fieri debet,  
 quod ipsa illa dispositio, cui dubium illud camerale occasionem  
 praebuerat, non generatim loquitur, sed de eadem plane  
 specie agit. Deinde autem praecipua et genuina ratio, quare  
 non de quolibet mediato idem placuisse, verisimile sit, inde  
 repetenda est, quoniam, si in eo de iurisdictione sua Ordines  
 Imperii remississent, quaeri profecto oporteret, cur non idem,  
 utroque reorum mediato diuersoque domino parente, fece-  
 rint. Qui enim fieri potuisset, ut idem illi, quorum animi  
 hac de specie; tanto dissensu disiecti erant, tam sociati de  
 illa iudicarent? An diuersam utramque quispiam cognoscat,  
 ut de vna non eadem, quae de altera dicenda essent? Quippe  
 pariter territoriali iurisdictioni detrahatur, si subditi cum im-  
 mediato aliquo, ac si mediati cum mediatis, in summis Im-  
 perii tribunalibus forum sortiantur suum. Quam ob causam  
 autem subditum cum domino suo praeterita utriusque prima  
 instantia ibi conueniendum esse voluerunt, id sane manife-  
 stum est. Nam etsi nequaquam absurdum et ab omni ratio-  
 ne alienum fuisset, in foro ordinaro cum mediato agere et  
 Principem ad Austragas vocare; tamen nec hoc conuenire,  
 sed utriusque iudicem communem postulare, commodissimum  
 censuere. Quod quidem eo facilius Statibus placere pote-  
 rat, quo minus hac ratione tantum, quantum illo casu, iuri  
 eorum ac libertati decedere videbatur.

§. XIII.



## §. XII.

*De caussis feudalisibus litem Capitulatio Caroli VII. feliciter  
composuit.*

In iure igitur tam incerto, ne forte caussae feudales sub praetextu caussarum continentiae, ad Imperii iudicia perducerentur, haecce Status primum a CAROLO VII. postea autem ab Augustissimo IOSEPHO II. sibi stipulati sunt. *Wir gereden und versprechen, Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs (die freye Reichs-Ritterschaft mit begriffen,) wegen ihrer angehörigen Leben, sie seyn gelegen wo sie wollen, bey ihren Lehnberrl. Befugnissen, auch Gerichtbarkeit, in den dahin nach den Lehnrechten gehörigen Fällen, allerdings obnebeeinträchtigt, und ihnen darinne vom keinen Reichs-Gerichte, neque sub praetextu continentiae caussarum, neque iudicii vniuersalis eingreifen zu lassen.* Quae verba quanquam ita disposita sunt, nihil vt obscuri aut ambigui inesse iis videatur, inter ipsos tamen Status non minus ac interpretes, de illorum intellectu dissentientes habes. Vix enim electionis conditionibus CAROLO VII. propositis haec adiecta erant; cum Imperii Comites, litteris ea de re ad Principes Electores datis, grauiter intercederent, a) sibi quippe saepissime a pluribus feuda tenentibus, molestam hac ratione iuris sui persequutionem fieri, dicentes. De callido igitur commento, quo caussae continentiae, vt iurisdictionem suam stabilirent, augusta tribunalia vterentur, haec interpretati, in caussis adeo quibuscumque vere coniunctis, recte ad illa deueniri putarunt. Quae quidem interpretandi ratio, quam parum et Electoribus et ceteris Principibus ar-

a) Moser cit. loco. Theil I. p. 446.


rifit, colligi facillime ex iis potest, quae occasione visitati iudicii Cameralis, de reiicienda ea, reque accuratius definienda, acta sunt. Iam vero, interpretum opiniones quod attinet, prae ceteris triumuirorum de omni republica literaria meritissimorum, MOSERI, <sup>b)</sup> PVERTTERI, <sup>c)</sup> et BOEHMERI <sup>d)</sup> dissensum nominasse sufficiat, quorum ille cum Comitibus stat, aduersus quem faciunt, quos posteriori loco citauimus. Ac tantorum quidem virorum controuersiam componere, cum non opis esse eius sentiam, quem in hoc negotio suscipiendo omnes arrogantiae arguerent, nihil agam, quam ut MOSERI argumentis expositis, quod mihi verius videtur, libere dicam. Placet igitur viro summo in eam sententiam abire, ut nec de vera coniunctione, sed falso praetexta, haec intelligat. Nimirum, summorum in Imperio iudiciorum iurisdictionem, patriis legibus et iuris ciuilibus constitutionibus ob continentiam caussarum in mediatos fundari, existimans, de feodalibus caussis nullibi exceptis aliter statui, absolum esse arbitratur. Quid enim tam absurde inquit, quam, de successione agnatis contententibus, in Curia cuiusque domini directi, a quo feuda tenent, illam determinari? Ut vero iis responderet, qui nihil plane hac ratione sanctione imperatoria actum fuisse obiiiciunt, multa eius generis inutiliter ei adiici atque addi, ait, quippe tam lege, quam ipsa naturaliratione per se iam definita. Quod ne sine ratione dixisse videatur, prouocat *ad art. I. §. 8.* cuius verba haec sunt: „Wir wollen weder den Reichs-Gerichten noch sonst jemand wer der auch sey, gestatten, dass den

b) Eod. loco. p. 458.

c) *Rechtl. Bedenk.* Tb. II. N. 29.

d) *Institut. Iur. Feudal.* §. 382.

G



nen Ständen in ihren territoriis in Justiz - Sachen sub quocumque praetextu wieder den Friedens - Schluss oder rechtmässige verbindliche pacta vor und eingegriffen werde. Quare ita ratiocinatur: quemadmodum ex his nequaquam colligendum, nullam ob causam, ne ob continentiam quidem territoriali iurisdictioni eripi quicquam posse, ita et ad hanc speciem illa non trahenda sunt. Atque haec MOSERVS! Quibus eodem ordine, quo prolata sunt, nostra reponamus. Ac prima quidem, quam profert, sententiae suae causa, neque elegans neque iusta est. Sane ego ratione nulla intelligo, quomodo e legibus Imperii continentiae effectus repeti possint, de qua frustra ibi quaeritur, nisi quod RECESS. DE PV. de anno 1600. et secundum eum C. O. C. P. II. t. 9. arbitraria iudicia praeteriri iubeant, si causarum continentia adfit. Quod vero ab eo inde tempore, nouiores quaedam sanctiones, causas coniunctas nec diuidi nec separatim tractari voluerint; ea omnia, vt quisque facile intelligit, eo redeunt, vt causae quae adeo cohaerent, vt altera alteri iudicando praecudicium faciat, non separandae, sed omnes in alterutro summo Imperii tribunali, vbi causa principalis pendet, decidendae sint. Loquuntur ergo de causis connexis proprie sic dictis, quarum plane aliam ac earum qui actionis generalitate iunctae sunt, eo, quo iure vitimur, esse rationem, probari possit, si de iis dicere consilio, quod coepi, conueniret. Quo loco etiam cum iterum excitare haud placeat, quae de totius rei fundamento prolixè disputasse nobis videmur, vltiori eius expositione nos quidem superfedere posse existimauimus. Quae omnia modo MOSERVVM ita dixisse, mirandum profecto est, quippe qui iurisdictionem summorum iudiciorum Imperii, ob causarum continentiam iure admodum incerto regi, aliis locis

locis ingenue ipse fassus est. e) Quod autem idem ille magni nominis Vir, nisi cum maxima rei iudiciariae perturbatione in pluribus curiis feudalibus de vna eademque causa disceptari, credit, id certe hucusque mihi non persuaderi potuit. Vt enim ipsius exemplo vtar, in eo tam absurdum ac ieiunum quid non video, de successione inter plures agnatos controuersa, a cuiusque feudi, quod possident, domino cognosci; quin hoc, ipsa successione iura in omnibus fere curiis non eadem, sed diuersa constituta nonnumquam postulare putem. Quod cum iniquum nemo tunc dicturus sit, si superiori iudici nulli parent, penes quos dominium feudorum directum est, uti interdum extra Germaniam accidit; cur non eadem nostris de Principibus valeant, quorum iurisdictionem, praeter exceptiones legibus nominatim insertas, ab omni superiori potestate liberissimam exerceri, ex iis patet, quae afferre iam placuit. Quare nunc quidem non dubito, quin, etiamsi nihil hac de libertate sua speciatim sibi Status stipulati fuissent, haec ex ipsa territorialis regiminis formula, tuenda iis fuisse t. Parum autem, aut nihil ad sententiam nostram infringendam faciunt, quae ultimo loco ab illo vrgentur, scilicet verba *sub continentiae praetextu*, de continentia male fundata accipienda esse. Atque *praetexere* quidem proprie aliud nihil est, ac falsi aliquid praetendere, quod fere faciunt, qui

G 2

falso

e) Cit. loco. Th. I. p. 456. Postquam enim quid sit continentia causarum, dixit, ita pergit: das wenn solchergestalt ein Unmittelbarer und Mittelbarer zugleich belangt werden, die Jurisdiction derer Reichs-Gerichte auch gegen einen Mittelbaren

gegründet sey, ist auffer Streit. Sonst aber ist unsere Teutsche Rechts-Gelehrsamkeit in diesen Stück sehr ungewiß, und die höchsten Reichs-Gerichte selbstn hagen hierinn manchemalen nicht einerley Einsichten.



falso colore quaesito sibi quid sumunt; per translationem vero significat iure aliquid praetendere; sicque *sub quocunque praetextu interdiceret*, idem est, quam sine *omni exceptione ad non faciendum*, aliquem obstringere. Iam vero sua sponte quilibet cognoscit, ad usum loquendi non ad latinitatis rationem hoc loco spectandum esse. Etenim probabile vix est, post tantas de continentiae effectu disceptationes contentionesque agitatae, de eius abusu modo tollendo fidem sibi ab Imperatore iureiurando fieri, Status sollicitos fuisse. Illud vero, scilicet plura eiusmodi, iam per se definita, et extra dubitationem posita, speciatim tamen lege regia confirmari, ego dubito an verum sit, cum eius sanctionibus plerumque diuturnae lites maximaeque, de eo inprimis quod ad Imperatoris et Statuum ius pertinet, occasionem praebere soleant. Sane exemplo illi nullo modo esse potest *arr. 1. §. 8.* quo ipsi supra, nostrae ut sententiae robur aliquod accederet, usi sumus. Cognoscendum enim ex ipsa orationis serie est, hanc notionem *praetexere* verbo ibi subiectam fuisse, ut nec vlla exceptione, nullaque ex causa territoriali iurisdictioni, quicquam ab Imperii iudicii praeriperetur. Quod numquam se passurum fore Imperator est pollicitus. Quo ipso quidem omnis omnino iurisdictione in mediatos nequaquam iisdem denegata est, quoniam lex posterior generalis non tollit priorem specialem, adeoque, quae in Ordinatione Camerali exceptiones, continentur, eo non infirmantur; sed hoc tantum, ne ultra terminos ibi positos potestatem suam extendant, praecipitur. Ex iis itaque quae adeo usque in contrariam partem disputare ausi sumus, multum alieni quin litem ita compositam duceremus, sciant modo lectores benevoli, quorum sententia nobis praeferranda visa fuit,

quippe

quippe PVITTERI et BOEHMERY, praeceptorum  
quondam summopere venerandorum. Mittamus ergo  
haec, praesertim cum non ita pridem peculiari scripto I.  
VLHEIMERVS f) ea exponenda sibi sumserit.

§. XIII.

*Bachus erroris arguitur, qui aliter, ubi privilegium de non appellando  
adgit, de continentiae causarum effectu iudicandum esse  
censet.*

Supereft vt errorem quorundam hac in causa nostra  
commiffum, leuiter attingamus. Ad quem intelligendum  
cum profecto haud alia re quam oculis opus fit, in eo indi-  
cando magis, quam multum refellendo, breuitatis studiofi  
verfari lubet. Colligentibus enim nobis, quantum fieri  
potuit, quae a viris praestantiffimis tradita, ad rem nostram  
spectarent, occurrerunt, qui, quod subditos Principum  
Electorum iure liberae et sine omni appellatione Caefaris  
iurisdictionis ab antiquo vtentium attinet, in sententiam  
nostram concederent, quamvis alias a nobis dissentirent.  
Quorum in numero imprimis BACHIVS a) fuit. At,  
quod pace tanti viri dixerim, quae profert, ita comparata  
sunt, vt nisi cum eo, quem magni facio, res effet, cum, dum  
haec scripferit, ingenium haud reuocasse suum, dicerem,  
quod alias ostendit nonnifi maximum. Cuius quidem er-  
roris causa certe ea est, quod de non appellando privilegio  
cum iure de non euocando confuso, quantum alterum ab

G 3

altero

f) De iurisdic. supremor. Imp. concernentibus ob continentiam caus-  
arum non fundata. Bambergae 1776.  
a) Diff. cit.



altero distet, ille, quam qui maxime debuisset, haud satis perspexit. Etsi enim magno Viro lubenter largior, in terris ab omni prouocatione solutis, tanto magis haec omnia ita valere, cum insignis tunc supremæ iurisdictionis pars cesset; eodem tamen iure et reliquæ eiusmodi privilegio non præditæ, fruuntur. Quemadmodum igitur ne in prima instantia ad alterutrum Imperii tribunal, subditi e iudiciis territorialibus vocentur, omnibus Statibus per priuilegium de non euocando, iuris communis deinde Ordinatione Camerali legibusque infecuris factum, cauetur, ita provocandi a iudice territoriali facultatem, restringunt ea, quæ de non appellando priuilegia adpellant. Quid igitur inter utraque intercedat, quid his, quid illis contineatur, id isto modo manifestum est. Iam vero, ut recusari ob continentiam Camerae forum possit, cum hoc sufficiat, priuatiue in prima instantia subditi in cuiusque sua prouincia ius reddi, idque vi iuris de non euocando fieri; cur hoc non opus sit, hac ratione patet. Deinde autem et in eo magnopere falluntur, quod nec ad omnes Principes, in quorum effatis acquiescendum est, hæc extendi putant, sed de iis tantummodo, Principibus Electoribusue, quos primum CAROLVS IV. hac libertate ornauit, intelligi volunt. Quis vero, quæ Aurea Bulla illis tribuit potiora esse dicat iis, quæ reliqui Principes recentioribus ea de re priuilegiis nacti sunt. Ego uero aut magnopere fallor, aut omnia hæc argumenta, si quis ea iusta lance ponderauerit, ne vnus quidem assisese, reperiuntur.





## §. XIV.

*In plerisque causis coniunctis ne quidem forum superius adire opus est, cum alia ratione auctori consuli possit, ne lis distrahatur.*

Hactenus de rationibus, e quibus omnis omnino iurisdiclio in mediatos, Imperii tribunalibus ob continentiam causae, deneganda fuit. Haud minus huc denique facit quod in plerisque negotiis, quae coniuncta vocant, iudicem superiorem adire plane non necesse habeamus, sed nihilo tamen minus fieri possit, ut plures ad unum eundemque iudicem mittantur. Nam ut ab eo negotio incipiam, in quo continentia potissimum cernitur, scilicet in obligatione in solidum, quid quaeso, si, qui debent, diversa domicilia constituent, ab omnibus peti necesse est, qui singuli tibi in solidum tenentur? Neque familiae herciscundae iudicio, vel finium regundorum agentes, summum implorare oraculum coguntur, ubi non omnes vni eidemque iudici subsunt. Quemadmodum enim de hereditate diuidenda ad forum defuncti coheredes recte vocantur, \*) ita de finibus regundis, siue quaestio momentaneae possessionis summariter decidenda, siue de praediis vicinorum eorumque iure moueatur, in foro rei sitae iure disceptari nemo profecto dubitabit, qui fines non nisi ab eo cui praedia subiecta sunt, iudice regi posse consideret. In hereditatis autem petitione, auctoris esse electionem, utrum eam in foro domicilii an rei sitae instituere velit, multi iam aduersus alios nos edocuerunt, fori incompetentis exceptionem, reo

in

\*) Bergerus in *Oeconomia Iuris*. p. 694. edit. Magnifici atque Illustr. Winckleri.



in foro hereditatis sitae conuento, semper tribuentes. <sup>b)</sup> Atque pari ratione, quominus creditori vnus causae debitorum, in foro vbi sese conueniendo obligarunt, respondere cogantur, nihil impedit; verum enim est, et contra absentes lege ibi postulari, maxime si bona super quibus contractus celebratus est, ibi habeant. Quare socii vbi tabernam vel officinam habent, legitime conueniuntur. <sup>c)</sup> Immo cum tutoribus diuersorum iudicum potestati subiectis, apud iudicem, qui eos constituit, pupillus agit, quippe cuius tantum forum gestae administrationis et rationum reddendarum, dicitur. Deinde vero in foro domicilii omnes actiones adeoque in rem, optime intenduntur, ita vt nec tunc, vbi, quae petuntur praedia, ex vna eademque causa cuidem obligata, pluribus iudicibus subsunt, superiorem adpellare teneamur, sed iudex domicilii de iure cognoscat, qui deinde de re iudicata exequenda per litteras requisitoriales, iudicem rei sitae rogat. Proinde et de bonis debitoris alibi sitis, exorto creditorum concursu, iudicium vniuersale, vbi domicilium debitor habet, instituitur. Neque particularem concursum dari, sed e foro rei sitae, de vendendis bonis requisito, pretium redactum, ad iudicem concursus mittendum esse, copiose ostendit B. HOMMELIVS <sup>d)</sup> qui subitanea morte non ita pridem correptus, magno desiderio sui affecit cunctos. Quandoquidem igitur iam raro accidit, vt, ne causa quaedam pluribus communis inter diuersos iudices distrahatur, omnium superioris auxilio opus sit, quodsi tamen fiat, ac forte quis vnus saltem hominis, actoris scilicet gratia, territoriale forum praetereundum esse defendat, ei occinere non dubitamus, petitionum

<sup>b)</sup> *Leysers Sp. XCIV. Medit. I.*

<sup>c)</sup> *Rhopsud. Quaest. Obs. 617.*

<sup>d)</sup> *Leysers Sp. LXXIII. Medit. I.*

forum commodum non debere maius nobis videri, publica rei iudiciariae in Germania forma, cui hoc in totum aduersari, nos satis probasse existimamus. Ceterum de causis criminalibus et ecclesiasticis mediatorum nihil ego dicam. In quibus cum omnis summorum Imperii iudiciorum cognitio exulet, ac ne quidem appellatio ad ea eiusmodi in causis admittatur, per se patet, nec ob continentiam aliter statuendum esse.

§. XV.

*Mediati ob causae continentiam ad alterutrum Imperii tribunal vocati, comparando iurisdictionem nequaquam prorogant, sed Princeps recte eos advocat.*

Ultimo tandem loco tenendum est, non posse homines mediatos, ob causae continentiam ad Imperii iudicia vocatos, sponte ibi iudicium suscipiendo iurisdictionem territorialem prorogare. Quae res eo minus dubii habet, cum in vniuersum hodie moris sit, iurisdictionis prorogationem non nisi ab iis recte fieri, quorum in fauorem forum, cui renunciant, constitutum dicitur. Quapropter iis assentio, qui obseruato inter eos magistratus qui administratoria tantum iurisdictione, et eos, qui patrimoniali gaudent, quodam discrimine, statuunt, in illa quidem recte, in hac minus procedere prorogationem. Illa enim administratorio nomine tenetur, atque non tam iudicis quam subditorum potius gratia constituta, haec autem, iure proprio domino data, in eius vtilitatem comparata est, nec iuri sibi quaesito ita quid detrahi potest. Sane autem, quis quin in fauorem Statuum Imperii in subditos suos ipsis iurisdictione concessa sit, dubitet? Frustra igitur ideo partes vel extra prouinciam suam, vel ad Imperii iudicia iurisdictionem prorogabunt vt alterius prouinciae



vinciae magistratus, aut alterutrum eiusmodi tribunal in homines potestati suae non subiectos ius dicat. Practerea autem ipsi legibus, mediatis in Imperii iudicia prorogatio prohibita est. Eum enim in modum iam iam RECESS. IMP. d. a. 1594. §. 65. 66. a) sancivit, hancque prorogandi facultatem, in effrenatam fere licentiam degeneratam, plane praecidit. Id quod etiam Capitulatione Augustissimi IOSEPHI II. confirmatum legitur. b) Quumque iis, quae Camerae senatores ad Visitatores nouissime hoc munere functos, de illa libertate, ubi caussae continentia adesset, restituenda, detulerunt, c) nulla auctoritas accesserit, vetera iura ad

a) Als auch der Compromiss halber dieser Zweifel süngefallen: Demnach an unsern Kayserl. Cammer-Gericht in vielen unterschiedlichen Sachen compromittirt wird; ob und wie dieselben angenommen werden, auch in denen die in heil Reich verordnete Revision statt haben können und sollen? Welchen Werk dann-- um so viel mehr nachzusinnen, die weil solche Compromiss an berührten Cammer-Gericht zuviel gemein werden, aufwachsen, und darinne die unvermeidliche Nothdurft erfordert auf eine befändige Verordnung zu gedenken, was compromittirte Sachen, und welcher gestalt dieselbige künfftig daselbst angenommen und erörtert werden sollen: Setzen wollen und ordnen hierin, daß nicht alle compromissa und arbitria, wie sie auch geschafften waren an unsern Cammer-Gericht zuzulassen, oder anzunehmen, sondern jedoch mit Cammer-Richters und Besitzer guten freyen Willen

allein diejenigen, so sich zwischen den Ständen, die dem Reich immediate unterworfen, und vermög der Reichs-Ordnung, die Austräg haben, dann auch den Personen welche ihrer Eigenschaft nach in erster Instanz ans Cammer-Gericht gehören, zutragen, daselbst auf- und angenommen werden sollen.

b) §. 4 Auf den Fall auch nach unserer Kayserlichen Regierung jemand von den Landständen oder Untertanen wieder dieses oder andere obberührte Sachen bey uns oder unsern Reichsbofrath oder erst bemeldten Cammer-Gericht etwas anzubringen oder zu suchen sich gestiffen lassen würde, wollen wir daran seyn, und daraufhalten, daß ein solcher nicht leichtlich geböret, sondern a limine iudicii ab, und zu schuldiger parition an seinen Landesherren angewiesen werde.

c) Moser von der teutschen Justiz-Verfassung. P. I. 526.

ad hunc vsque diem immutata seruantur. Quae quum ita sint, merito domino territoriali ius auocandi causam, subditosque poenalibus mandatis reuocandi vindicatur. Quicquid enim dicat GALLIUS <sup>d)</sup> dicant et alii, vi duntaxat exceptionis Camerale forum declinandum esse, existimantes. Perperam tamen ac sine ratione ita statuunt. Etenim haud leui errore tenentur, qui, superiorem solum iudicem contra inferiorem auocatione uti, nobis persuadere cupiunt. Exinde enim sequeretur, nec aequalem ab aequali subditos auocare posse, nec Principem a Principe, quod quantopere experientiae aduersetur, quotidiana docent exempla. Neque igitur ex quo de non euocando iure non amplius quasi priuilegio, sed tanquam iure communi in superioritate territoriali comprehenso Status fruuntur, exceptionem allegare, eamque in rem priuilegium asserre tenentur, sed causam a iudiciis Imperii instructam, quam tamen potestatis suae limites excedere vides, iure auocant, subditisque litem iam coeptam derelinquendi obligationem imponunt. Qua in re iuuaret vnum MOSERVM <sup>e)</sup> nobiscum consentientem nominare, nisi et LVDOLVVS <sup>f)</sup> quaestionem hanc ex quo per leges publicas subditos in prima instantia, exceptis causis expressis, euocare non licet, ad antiquas fabulas ipse referens eam, plane inutilem iam dudum dixisset. Quid? quod iam ante Ordinatum Cameral. de anno 1495. quae primum exceptionem in regulam conuertit, causae, a Iohanne Moguntino Electore, cuius cognitionem Curia imperialis sibi sumserat, ita auocatae, egregium exemplum nobis Perillustr. DE HARPRECHT <sup>g)</sup> tradidit.

*Epilogus.*

d) *Cent. I. obs. 40 et 41.*


e) *Loc. cit. P. I. p. 173.*

f) *In Iure Cameral. p. 367.*

g) *Loco cit. P. I. p. 310.*

*Epilogus.*

Atque haec quidem, de iurisdictione Caesarea ob  
causae continentiam in subditos mediatos haud fundata,  
haecenus. Reliqua quae adhuc in medium proferri possent,  
cum ex his, quae a nobis dicta sunt, facile intelligantur, vt  
tempori et chartae parceremus, consulto omisimus. ipse  
vero persuasi, vniuersi argumenti, quod pro virium imbec-  
cillitate explicauimus, ambitum non ita a nobis exhaustum  
ac pro eius dignitate illustratum esse, vt viris doctis hunc  
libellum se probaturum esse sperare nobis liceat, iam mul-  
tum nos consequutos esse putabimus, si modo conatus  
hos iuueniles iisdem non penitus displicuisse intellexeri-  
mus, omnem operam in eo collocaturi, vt alio aliquan-  
do tempore nectendo maturiora afferamus.




ULB Halle  
005 361 443

3









P. 146

1781, 14.

DE  
**IVRISDICTIONE**  
SVM MORVM IN IMPERIO IVDICIORVM  
OB CAUSSARVM CONTINENTIAM  
IN CIVES MEDIATOS  
HAVD FVNDATA

**DISSERTATIO**  
QVAM  
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE  
PRO  
SVM MIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
CAPESSENDIS

AD DISCEPTANDVM PROPONIT  
**FRIDER. HEVLDERICVS CAROL.**  
**SIEGMANNVS**  
IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS

A. D. V. IVL. A. R. S. MDCCLXXXI.

LIPSIAE  
EX OFFICINA IACOBEERORVM.

